This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

600043413L



E. BIBL. RADCL.

6

7.F.2.18 8 ~~6.2.a~~

19113 e. 335.

CAROLI LINNAEI
PHILOSOPHIA BOTANICA,

IN QUA

EXPLICANTUR

FUNDAMENTA BOTANICA

CUM

DEFINITIONIBUS PARTIUM,
EXEMPLIS TERMINORUM,
OBSERVATIONIBUS RARIORUM,

ADJECTIS

FIGURIS AENEIS.

EDITIO QUARTA,

STUDIO

CURTII SPRENGEL.

HALAE AD SALAM
SUMTIBUS CAR. AUG. KÜMMEL
1809.

BODLEIAN
17 OCT 1939
LIBRARY

REGIAE ACADEMIAE

SCIENTIARUM

HOLMIENSI

ET

SOCIETATI

LINNAEANAE

LONDINENSI;

ILLI

AUCTORI

HUIC

SOSPITATRICI

GLORIAE LINNAEANAE,

EDITIONEM HANC

VERECUNDE OFFERT

C. SPRENGEL.

Quem puer jam et adoleſcens ſuspexi et admiratus ſum, ex quo omnem omnino rei herbariae ſcientiam hauſi, quem per duodecim et quod excurrit annos, quavis aeſtate, publicis auditionibus commentatus ſum; eum librum aetatis noſtrae incrementis auctum et illuſtratum, eruditis viris pariter ac tironibus offero.

Cum nec huius loci nec mei eſſe officii videatur, in laudes huius libri exſpatiari, quem unicum habeo et praeſtantiſſimum in omni hiſtoria naturali; quid mea opera additum ſit, mutatum aut, praeſiscine dixerim, emendatum, breviter moneam.

Et principio quidem tum meum tum Willdenovii aliorumque virorum doctorum conſilium erat, paragraphos ipſas nullatenus mutare, ni quandoque bonus Homerus dormitaſſe ac contra latini ſermonis leges graviter peccaſſe videretur. Hactenus vero eas ſuscepi mutationes, ut nusquam verecundiam tanti viri depoſuiſſe mihi videar. Itaque paragraphos ipſas tales exhibeo, quales Linnaeus ipſe Löflingio ſuo anno 1751. dictaverat.

In commentariis autem ampliſſimus erat locus additamentis et emendationibus. Exempla vel e recentiſſimis auctoribus adduxi; plures auctoris opiniones, quas noſtrae memoriae inventa infirmarunt, refutavi; alias quaeſtiones, quae graviſſimae videbantur, uberius propoſui. Terminos auxi; ordines naturales §. 77. ad Giſekii *editionem et nuperas obſervationes dispoſui; generum novorum indicem ad noſtram usque aetatem continuavi. Quibus augmentis, quae ſignis his* [ ] *incluſa ſunt, licet plures reiecerim expoſitiones, quae ſuperfluae mihi videbantur, increvit tamen volumen ita, ut ſesqui maior ſit haec editio priore.*

Pluribus locis me lapſum fuiſſe vereor: rogo autem et obſecro lectores doctiores, ut ignoſcant humaniter humanae ſorti.

Icones a filio natu maiori delineatas ad naturam, meliores priſtinis exiſtimo: auxi autem pluribus; praeſertim imperfectiores plantas illuſtrantibus.

Scr. Halae ad Salam. 1809. *Apr.* 20.

LECTORI BOTANICO.

FUNDAMENTIS BOTANICIS Theoriam atque Inſtitutiones Rei Herbariae ſub paucis Aphorismis olim comprehendi, quorum Explicationem per Exempla, Obſervationes et Demonſtrationes, diſtinctis riteque definitis plantarum Partibus et Terminorum vocibus, Philoſophiam Botanicam dixi, cum in his conſiſtant Praecepta Artis.

PHILOSOPHIAE ejusmodi BOTANICAE varias Partes dudum emiſimus, utpote in caput I. *Bibliothecam Botanicam*, II. *Claſſes Plantarum*, III. *Sponſalia Plantarum*, VII. VIII. IX. X. *Criticam Botanicam*, XII. *Vires Plantarum;* Reliquas Sectiones Fundamentorum, ſc. Cap. IV VI. XI. conjunctim cum prioribus in unum opus compingere et auctas novis exemplis, obſervationibus, demonſtrationibus, ſub Philoſophiae Botanicae titulo edere, diu animo volvi, in quem etiam finem bene multa collegi; interea territum copia dicendorum ſatietas, imo taedium, operoſae ſcriptionis me cepit, adeo ut haec in tempora commodiora ſeponere viteretur, quae cum annis, auctis indies curis publicis et privatis, muneris negotiis et peregrinationibus Hiſtoriae Naturalis cauſa inſtitutis, ita ſeſe ſubtrahebant, ut de ſucceſſu operis ipſe dubitare coeperim.

Interea urgente Bibliopola, poſt diſtracta priora exemplaria, novam Fundamentorum Bo-

tanicorum editionem, a me quoque enixe petiere diſcipuli, ut *Partes plantarum, artisque Terminos*, a me uſitatos, rite definitos adderem, methodo qua eos in praelectionibus tradere ſolitus ſum; huic eorum petitioni acceſſere amicorum, de Re herbaria optime meritorum, adhortationes, ut Terminos artis explicarem, Partesque plantarum definirem; ut amborum deſideriis adſurgerem, incepi collectanea mea in compendium redigere et typis mandare: at dira Arthritis, vix incepto opere, ita una cum corporis viribus mentem et animum fregit, ut in ipſa herba fere ſuffocatum fuiſſet. Nunc vero, poſt recuperatas qualitercunque vires, Philoſophiae Botanicae Compendium heic ſiſto, mole parvum, utpote primas lineas primaque rudimenta Botanices, in gratiam Discipulorum editum, complectens, ſed quod alio tempore, ſi fata velint et otia, longe auctius prodibit.

In calce opusculi adjeci nonnulla de *inſtructione* disciplinae, ne paginae alternae vacuae reliquerentur.

Occupatus nunc in colligendis Speciebus Plantarum, praeſtantiſſimos per Europam Botanicos enixe rogo oroque, ut Plantas flore inſtructas, ſi quas poſſideant in duplo rariores, vel a me non dictas, mecum communicent, quo liceat easdem ad Genera referre cum adaequatis Differentiis; meum erit viciſſim in opere, ad quamcunque ſpeciem, publice teſtari gratum animum in eos, qui easdem communicarunt.

Upſaliae 1750. *Septembr.* 16.

CAR. LINNAEUS.

INTRODUCTIO.

1. OMNIA, quae in Tellure occurrunt, *Elementorum* et *Naturalium* nomine veniunt.
Syſt. nat. 6. *Obſ. in regna tria* §. 6. 7.
Elementa ſimplicia ſunt, *Naturalia* compoſita arte divina.
Phyſica tradit Elementorum proprietates.
Scientia Naturalis vero Naturalium.

2. NATURALIA (1) dividuntur in Regna Naturae tria: *Lapideum*, *Vegetabile*, *Animale*.

3. LAPIDES (2) creſcunt. VEGETABILIA (2) creſcunt et vivunt (133). ANIMALIA (2) creſcunt, vivunt, et ſentiunt.
Obſ. *Petrificata* et *Cryſtalli* figura conveniunt omnino in eadem ſpecie. Locomotivitas in *Balano*, *Lernea*; uti in *Mimoſa*.

[*a.* Differentia omnis, quam Linnaeus belle expreſſit, perfectiores duntaxat organiſmos complectitur. Imperfecti autem formant tranſitus ab altero in alterum regnum, ut limites certi nusquam appareant.

Vita vegetabilium, a Linnaeo, velut axioma, ſtabilita, definitione etiamnum eget. Verſatur autem vita in actuum omnium concentu, quibus mixtionis integritas et ſpeciei propagatio efficitur. Hinc generari, creſcere et mori dicuntur plantae, quod ſimiliter de lapidibus dici nequit. At reputa mecum byſſorum, Spumariae, Himantiae candidae, Racodii rupeſtris, Stilboſporae vitam: nonne cryſtallorum more oriuntur, creſcunt et diffluunt? Nutriri haec imperfecta vegetabilia eodem jure dixeris, quo cryſtallos et ſalia.

Neque de interno activitatis principio loqui poſſumus (Ign. *Döllinger*), tanquam diſcrimine organicorum et anorganicorum corporum: de eo enim ex actibus et viciſſitudinibus externis judicare nequimus. *Textura* quidem *cellularis*, ad quam ipſe olim reſpexi, pleroſque organismos a corporibus mixtis diſtinguit; deeſt tamen in plantis magis imperfectis, in fungis et gaſtromycis.

Sequitur ex his omnibus, certos limites inter mineralia et vegetabilia deficere: organismum univerſalem adeſſe, finali nexu partium definitum, ejusque corpora gradationibus ſenſim ad vitam perfectiorem adſcendere.

b. Differentia, quam Linnaeus inter animalia et vegetabilia ſtatuit, pleraque corpora omnino complectitur, neque tamen ab omni exceptione aliena eſt. *Sentire* dicitur corpus, quod externarum rerum impreſſiones percipit; ea autem perceptio quum nonniſi actibus ſic dictis ſpontaneis dignoſci poſſit, labaſcit tota haec praepoſitio. Siquidem eodem jure Averrhoa Carambola, Mimoſa ſenſitiva, Dionaea Muſcipula, eodem jure ſtamina Cactorum, Ciſtorum, Parnaſſiae et Rutae ſentire dicuntur, quo Tubularia magnifica, quo Alcyonia, Gorgoniae et Antipathes. Neque magis congrue haec zoophyta eligere nutrimenta videntur, quam plantae pleraeque, dum in ſolum folia obvertunt et flores, dum radices in fertiliora loca expandunt.

Quod *Hedwigius* olim protulerat diſcrimen, genitalia nempe animalium ad mortem usque perſtare, vegetabilium poſt actum foecundationis decidere, id plauſibus dignum non videtur, cum partes genitales multis vegetabilibus et animalibus deſint, cum telae amatoriae helicum, cum trochleae foecundantes Sepiae Loliginis ilico perditum eant, cum denique ſtigmata Papaveris aliorumque vegetabilium ad mortem usque perſiſtant.

Solent, qui nuperis temporibus philoſophos ſe eſſe gloriantur, ad diſcrimen alimentorum conſilium transferre. Vegetabilia ajunt corporibus mixtis et elementis, animalia nonniſi aliis animalibus aut vegetabilibus partibus nutriri et ali. Quum vero cuique notum ſit, fimo laetari et ali recrementis animalium

plantas pleraſque, paraſitas multas innaſci aliis plantis, Epidendra, Viſcum, Loranthos, Cuſcutam, pleroſque dein gaſtromycetas, lichenes et fungos, Sphaeriam militarem et entomorrhizam chryſalidibus inſectorum inhaerere; cum praeterea notum ſit, Terebellas, Tellinas et Pholades, mari accolas, calce et marmore ali, eosque lapides phoſphorico acido, quod ea animalcula continent, ſolvere ac ſibi adſimilare, vermes quoque Tipularum, Hemerobiorum et Aſilorum terra ipſa veſci: eadem differentia haudquaquam ſtabilis eſt.

Radicem alii inquiunt eſſe ſolam vegetabilium praeſtantiam, ea carere omnino animalia. At vero deeſt radix Confervis, Tremellis et Rivulariis, quum e contraria parte Tubulariae, Alcyonia, Gorgoniae radicis quadam ſpecie gaudeant.

Mixtio humorum ſola videtur differentia, quae ad omnes fere organicorum corporum claſſes quadret. Oxygenis enim abundantia in vegetabilibus, hydrogenis et azotici in animalibus explorata eſt: exceptis fungis et gaſtromycis, qui hydrogene; exceptis formicis, quae acido abundant.

c. Quartum regnum nuper ſtatuit *Goth. Rein. Treviranus* (Biol. 1. p. 16.) *Zoophytorum*, quod azotici principii praedominio ad animalia accedat, recedat autem ſimplicitate mixtionis et partium. Nulli enim muſculi in Zoophytis, niſi in Holothuria Phantopode, nulli nervi, ſola tela cellularis e gelatina orta. In Phytozois ſimilis ſimplicitas; a muſcis ad byſſos usque ſola dominatur cellularis tela: quo minus perfecti organiſmi, eo ſimplicior fabrica, eo magis totum corpus ovario conſtitutum eſſe videtur, ut in Gaſtromycis, Lycoperdis, Boviſta etc., uterus germinibus farctus totam efficiat plantam.

Licet ſimilis propagatio zoophytorum ac phytozoorum ſit, licet ſola evolutione gemmarum aut germinum Confervae et Pennatulae, Gaſtromyci et Gorgoniae, Fungi et Actiniae, Byſſi et Corallia, Lichenes et Aſteriae multiplicari videantur; multa tamen obſtant, quo minus eidem regno adjudicare utraque poſſimus. Confervae, Fuci et algae reliquae oxygenis abundantiam, ſolis radiis elicitam, profundunt, conti-

ex quo ortus eſt Ortus ſanitatis, Mogunt. 1491. fol. Theod. *Dorſtenio* edente, Mogunt. 1540. fol.).

SEC. XV.

Nicol. *Leonicenus* (De Plinii erroribus. Baſil. 1532. f.).

SEC. XVI.

Otho BRUNFELS (Herbarum vivae icones 1-3. Argent. 1533. f.).

Hieron. *Tragus* (New Kreuterbuch. Straſb. 1550 f.).

Leon. FUCHSIUS (Hiſt. plant. Baſil. 1542. fol.).

Ant. Muſa *Braſſavolus* (Examen medic. ſimplic. Venet. 1538. 8.).

Val. *Cordus* (Annot. in Dioscorid. Frcf. 1549. f. Hiſt. plant. lib. 4. ed. Gesner. Argent. 1561. f.).

Conr. GESNER (Epiſt. medicae, Tigur. 1577. 4. Hiſt. plant. ed. Schmidel. Norib. 1759. f.).

Petr. Andr. MATTHIOLUS (Comment. in Dioscor. ed C. Bauh. Baſil. 1674. f.).

Gul. *Turner* (New herball book. Colon. 1568. f. 1-3.).

Remb. DODONAEUS (Hiſt. ſtirp. 1583. f.).

Jac. *Dalechamp* (Hiſt. gener. plant. Lugd. 1587. f. 1. 2.).

Petr. *Belonius* (in Cluſii exot.).

Lud. *Anguillara* (de' ſemplici. Vineg. 1561. 8.).

Garcias *ab Orto* (in Cluſ. exot.).

Nic. *Monardes* (in Cluſ. exot.).

Car. CLUSIUS (Rarior. plant. hiſt. Antverp. 1601. f. Exotic. lib. 10. Antv. 1605. f.).

Matth. *Lobelius* (Nov. ſtirp. adverſ. Antv. 1576. f. Plant. hiſt. Antv. 1576. f. Plant. icones. Antv. 1581. f.).

Andr. CAESALPINUS (De plantis. Flor. 1583. 4.).

Joach. *Camerarius* (De plantis epitome. Frcf. 1586. 4. Hort. medic. et philoſ. Norib. 1588. 4.).

Jo. *Thalius* (Sylva hercyn. in Camerar. hort. med.).

Jac. Theodor. TABERNAEMONTANUS (Neu vollkommentlich Kreuterb. Frcf. 1613. f.).

Proſp. ALPINUS (De plant. aegypt. Leid. 1735. 4. Stirp. exot. Venet. 1625. 4.).

Fab. COLUMNA (Φυτοβασανος. Neap. 1592. 4. Stirp. ἐκΦρασις. Rom. 1616. 4.).

Ad. *Zaluziansky* (Methodus herbaria. Prag. 1592. 4.).

Jo. *Gerard* (Herball. Lond. 1597. f.).

Caſp. *Schwenkfeld* (Stirp. et foſſil. Sileſiae catalog. Lipſ. 1600. 4.).

Sæc. XVII.

Jo. BAUHINUS (Hiſt. plant. univerſ. 1-3. Ebrod. 1650. f.).

C. BAUHINUS (Πιναξ theatri bot. Baſil. 1623. 4. Prodr. theatri bot. Frcf. 1620. 4.).

J. *Pona* (Il monte Baldo deſcritto. Venez. 1617. 4.).

Baſil. *Besler* (Hort. Eyſtettenſis. Norib. 1640. f.).

Franc. HERNANDEZ (Nov. plant. regni mexic. hiſtor. Rom. 1651. f.).

Tob. *Aldini* (Hort. Farneſ. Rom. 1625. f.).

Jo. *Parkinſon* (Theatr. bot. Lond. 1640. f.).

Jac. *Cornutus* (Canadenſ plant. hiſt. Pariſ. 1635. 4.).

Jo. *Vesling* (De plant. Aegypti obſ. Patav. 1638. 4.).

Gul. *Piſo* et Georg. *Marcgravius* (Hiſt. nat. braſil. Amſt. 1648. f.).

Jac. *Zanoni* (Raſiorum ſtirpium hiſtoria, ed. Monti. Bonon. 1742. f.).

Jo. *Löſel* (Flor. pruſſ. ed. Gottſched. Regiom. 1703. 4.).

Joach. JUNG (Opuſcula botanico-phyſica. Coburg. 1747. 4.).

Jo. RAJUS (Synopſ. method. ſtirp. britann. ed. Dillen. Lond. 1724. 8. Method. plant. emendata. Lond. 1703. 8. Hiſt. plant. gener. Lond. 1693-1704. f. 1-3.).

Georg. *Grisley* (Viridar. luſitan. ed. Vandelli. Ulyſſip. 1789. 12.).

Ol. *Rudbek* (Campi elyſii lib. 2. Upſ. 1701. f. Reliquiae Rudbekianae, ed. Smith. Lond. 1789. f.).

Paul *Boccone* (Icones et deſcript. rar. plant. Sicil. Oxon. 1674. 4. Muſeo di piante rare. Venez. 1697. 4.).

Rob. MORISON (Hortus Bleſenſis. Lond. 1669. 8. Plant. hiſtor. univerſalis Oxon. 1-3. Oxon. 1715. f.).

Aug. Quir. RIVINUS (Introd. in rem herbar. Lipſ. 1691. f.).

Neh. GREW (Anatomy of plants. Lond. 1682. f.).

Jac. *Breyne* (Exoticarum plant. cent. Gedan. 1678. f. Prodromus faſcic. rarior. plant. Gedan. 1739. 4.).

Jac. *Barrelier* (Plantae per Galliam, Hiſpaniam obſervatae, ed. Juſſ. Pariſ. 1714. f.).

Marc. *Malpighi* (Anat. plant. Lond. 1675. f.).

Henr. *van* RHEEDE *tot Drakenſteen* (Hort. malabar. 1-12. Amſt. 1676-1692. f.).
Jo. *Commelyn* (Hort. med. Amſtelod. 1. 2. Amſt. 1697. f.).
Georg. Eberh. RUMPHIUS (Herbar. amboin. ed. Burmann. 1-7. Amſt. 1741-1751. f.)
Petr. *Magnole* (Botanicon monſpelienſe. Monspel. 1686. 8. Hort. reg. monspel. Monsp 1697. 8.).
Paul *Hermann* (Horti Lugd. Batav. catal. Leid. 1687. 8. Paradiſus batav. ed. Sherard. 1698. 4.).
Leon. PLUKNET (Almageſt. botan. Lond. 1696. 4.).

SEC. XVIII.

Car. PLUMIER (Nov. plant. americ. genera. Pariſ. 1703. 4. Plant. american. faſc. 10. ed. Burmann. Amſt. 1755-1760. f. Traité des fougères de l'Amérique. Paris 1705. f.).
Hans SLOANE (Voyage to Madera, Barbadoes, Jamaica. 1-2. Lond. 1707. 1727. f.).
Engelb. *Kämpfer* (Amoenit. exot. Lemgov. 1712. 4.).
Joſ. *Pitton de* TOURNEFORT (Inſtitut. rei herbar. ed. Juſſieu. Pariſ. 1719. 4. 1-3.).
Jo. *Scheuchzer* (Agroſtographia. Tigur. 1719. 4.).
Lud. *Feuillée* (Journ. d'obſervat. dans l'Amér. mérid. 1. 2. Paris 1714. tom. 3. 1725. 4.).
Joſ. *Garidel* (Hiſt. des plantes, qui croiſſent autour d'Aix. 1715. f.).
Jo. Jac. DILLENIUS (Catal. plant. circa Gieſſam naſcent. Frcf. 1719. 8. Hortus Elthamenſis. Lond. 17 2. f. 1. 2. Hiſt. muſcorum. Oxon. 1741. 4.).
Herm. *Boerhaave* (Index alter plant. quae in horto Lugd. Bat. coluntur. LB. 1720. 4.).
Jul *Pontedera* (Anthologia. Patav. 1720. 4.).
Patr. *Blair* (Botan. eſſays. Lond. 1720. 8.).
Seb. *Vaillant* (Botanic. pariſienſe, ed. Boerh. Leid. 1727. f.).
Jo Chriſt. *Buxbaum* (Enumer. plant. agr. Halenſ. Hal. 1721. 8. Plant. in oriente obſerv. cent. 1-5. Petrop. 1728-1740. 4.).
Petr. Ant. MICHELI (Nov. plant. genera. Flor. 1728. f.).
Steph. *Hales* (Vegetable ſtatics. Lond. 1727. 8.).
Hieron. *Zannichelli* (Opuſc. botan. Venet. 1730. 4.

Iſtória delle piante, che naſcono ne' lidi intorno a Venezia. 1735. f.).
Marc. *Catesby* (Natural hiſt. of Carolina, Florida and the Bahama's. 1. 2. Lond. 1731. 1743. f.).
Car. LINNAEUS (Flor. lapp. ed. Smith. Lond. 1792. 8. Hort. Cliffort. Amſt. 1737. f. Flora ſuecica. Holm. 1755. 8. Flor. ceylan. Holm. 1747. 8. Hort. Upſal. Holm. 1748. 8. Syſtema nat. ed. 12. 1-3. Holm. 1766-1768. 8. Amoenitat. academ. 1-10. Erl. 1787-1790. 8. Species plant. ed. 2. 1. 2. Holm. 1762. 1763. 8. Mantiſſa plant. Holm. 1767. 8. Genera plant. ed. 6. Holm. 1764. 8.).
Jo. *Burmann* (Theſaur. zeylan. Amſt. 1737. 4. Rarior. plant. african. dec. 1-10. Amſt. 1739. 4.).
Paul. *Ammann* (Stirp. rarior. in imperio rutheno proven. Petr. 1739. 4.).
Adr. *van Royen* (Flor. Leidenſis. Leid. 1740. 8.).
Marc. *Mappi* (Hiſt. plant. alſatic. poſthuma, ed. Ehrmann. Argent. 1742. 4.)
Henr. Bern. *Rupp* (Flor. Jenenſis, ed. Haller. Jen. 1745. 8.).
Franc. Balthaſ. *Lindern* (Hortus alſaticus. Argent. 1747. 8.).
Chriſt. Theoph. *Ludwig* (Definit. plant. Lipſ. 1747. 8. Inſtit. regni vegetab. Lipſ. 1757. 8.).
Jo. Franc. *Seguier* (Plantae Veronenſes 1-3. Veron. 1745-1754. 8.).
Jo. Steph. *Guettard* (Obſerv. ſur les plantes. 1. 2. Par. 1748. 12.).
Jo. Georg. GMELIN (Flora ſibirica. Petrop. 1747-1769. 1-4. 4.).
Chriſt. Jac. *Trew* (Plant. ſelect. dec. 1-10. 1750-1773. f. Hortus nitidiſſimis ſuperbiens floribus, ed. Seligmann. 1-3. Norib. 1750-1781. f.).
Jo. Frid. *Gronovius* (Flor. virginica. Leid. 1762. 4. Flora orientalis. Leid. 1755. 4.)
Henr. Lud. *du Hamel du Monceau* (De la phyſique des arbres. Paris 1758. 4. 1. 2. Traité des arbres fruitiers. Paris 1758. 4. 1. 2.).
Phil. *Miller* (Gardeners dictionary. Lond. 1768. Figures of uncommon plants. 1. 2. Lond. 1755-1760. f.).

Jo. Gottl. *Gleditſch* (Method. fungor. Berol. 1753. 8. Syſtema plant. a ſtaminum ſitu. 1764. 8.).
Eliſab. *Blackwell* (Herbarium. 1-6. Norib. 1750. f.).
Petr. *Kalm* (Reſa til norra America 1-4. Holm. 1751-1755. 8.).
Frider. *Haſſelquiſt* (Reſa til heliga landet. Stockh. 1757. 8.).
Pet. *Löfling* (Reſa til ſpanska länderne. Stockh. 1758. 8.).
Jo. *Ellis* (Eſſay towards a natur. hiſt. of the corallines. Lond. 1755. 4.).
Patr. *Browne* (Civil and nat. hiſt. of Jamaica. Lond. 1756. f.).
Petr. *Osbek* (Dagbok öfver en oſtind. reſa. Stockh. 1757. 8.).
Jac. PETIVER (Opera 1. 2. Lond. 1764. f.).
Alb. HALLER (Hiſt. ſtirp. helvet. indigen. 1-3. Bern. 1768. f.).
Dav. *de Gorter* (Flor. ingrica. Petrop. 1761. 8. Flor. belgica. Utr. 1767. 8.).
Joſ. Gottl. *Kölreuter* (Nachr. von einigen das Geſchlecht der Pflanzen betreffenden Verſuchen. 1-4. Leipz. 1761-1766. 8.).
Mich. ADANSON (Familles des plantes. 1. 2. Par. 1763. 8.).
Petr. Jo. *Bergius* (Deſcr. plant. e capite bonae ſpei. Holm. 1767. 8.).
Jac. Chriſt. *Schäffer* (Fungorum Ratisb. icones. 1-4. 1762-1770. 4.).
Nic. Laur. *Burmann* (Flor. indica. Amſt. 1768. 4.).
Nic. Joſ. *Jacquin* (Enumerat. ſtirp. Vindob. Vienn. 1762. 8. Select. ſtirp. americ. hiſtoria. 1. 2. Vienn. 1763. f. Obſervat. bot. 1-4. Vienn. 1764-1771. f. Hort. bot. Vindob. 1-3. Vienn. 1770-1776. f. Flor. auſtriaca 1-5. Vienn. 1773-1778. f. Icones plant. rarior. 1-3. Vienn. 1781-1793. f. Hort. Schönbrunn. 1-4. Vienn. 1797-1805. f. Miſcellanea auſtr. 1. 2. Vienn. 1778-1781. 4. Collectanea ad hiſt. nat. 1-5. Vienn. 1786-1796. 4. Oxalis. Vienn. 1794. 4.).
Georg. Chriſt. OEDER (Flor. danica. 1-3. Hafn. 1764-1770. f.).

Lud. *Gerard* (Flora gallo-provincial. Pariſ. 1761. 8.).
Joſ. *Quer* (Flora eſpañola 1-4. Madr. 1762-1764. 4.).
Ant. *Gouan* (Hort. Monspelienſ. 1762. 8. Flora Monspel. 1765. 8. Illuſtrat. et obſerv. botan. Tigur. 1773. f.).
Jo. Chriſt. Dan. *Schreber* (Beſchreibung der Gräſer. Leipz. 1767. f. Genera plant. Frcf. 1789. 8.).
Gottfr. *Reyger* (Flor. Gedanenſis. Gedan. 1766. 8.).
Jo. Ern. *Gunner* (Flor. norvegica. Nidroſ. 1766. f.).
Chriſt. Ehrenfr. *Weigel* (Flora pomerano-rugica. Berol. 1769. 8. Obſerv. bot. Gotting. 1772. 4.).
Sam. Gottl. *Gmelin* (Hiſt. fucorum. Petrop. 1768. 4. Reiſe durch Ruſsland. 1-3. Petersb. 1770-1774. 4.).
Jo. Ant. SCOPOLI (Flor. carniol. 1. 2. Vienn. 1772. 8. Deliciae florae et faunae inſubr. 1-3. Ticin. 1786-88. f.).
Pet. Sim. *Pallas* (Reiſe durch verſch. Provinzen des ruſſ. Reichs. 1-3. Frcf. 1776. 8. Aſtragalorum ſpecies. Lipſ. 1800. f. Illuſtrat. plant. faſc. 1-4. Lipſ. 1803-1805. f. Flora roſſica. 1. Petrop. 1784. f.).
Fr. Gul. *Weiſs* (Plant. cryptogam. florae Götting. Götting. 1770. 8.).
Jo. Rein. et Georg. *Forſter* (Charact. generum plant. Lond. 1776. 4. Florulae inſ. auſtral. prodrom. Gött. 1786. 8.).
Fuſée *Aublet* (Hiſt. de la Guiane franç. 1-4. Paris 1775. 4.).
Gul. *Curtis* (Flora Londin. faſc. 1-70. Lond. 1777. f. f. Botanical magaz. 1-9. Lond. 1787-1795. 4.).
Petr. *Forskål* (Flor. aegyptiaco-arab. Hafn. 1775. 4.).
Jo. Dan. *Leers* (Flor. Herborn. 1775. 8.).
Jo. *Lightfoot* (Flora ſcotica. 1. 2. Lond. 1777. 8.).
Jo. Andr. POLLICH (Flor. palatina. 1-3. Mannh. 1776-1778. 8.).
Andr. Jo. *Retzius* (Obſerv. bot. 1-6. Lipſ. 1779-1791. f.).
Sonnerat (Reiſe nach Oſtindien und China. 1. 2. Zürich 1785. 4. Voyage à la nouv. Guinée. Paris 1776. 4.).
Muſtel (Eſſai ſur la végétation. Rouen 1778. 8. 1-4.).
Otto Fried. *Müller* (Flor. danica. 4-5. 1779-1782. f.).
Gul. *Hudſon* (Flor. anglica. 1. 2. Lond. 1778. 8.).

Ignat. *de Aſſo* (Synopſ. ſtirp. indigen. Arragon. Maſſil. 1779. 4.)
Caſim. Chriſt. SCHMIDEL (Icones et analyſ. plant. Norib. 1782. f. Diſſert. botan. argum. Erl. 1783. 8.).
Car. *Allioni* (Flor. pedemont. 1-3. Aug. Taur. 1785. f.).
A. J. G. C. *Batſch* (Elenchus fungorum. 1-3. Hal. 1783. 1784 4.).
Jac. *Bolton* (Hiſtor. of funguſſes. 1-3. 1788-1791. 4. Filices britann. 1. 2. 1785-1790. f.).
Ant. Joſ. CAVANILLES (Monadelph. diſſ. 1-10. Pariſ. 1785-1790. 4. Icones et deſcriptiones plant. 1-6. Matr. 1791-1800. f.).
Jac. *Dickſon* (Faſcic. 1-4. plant. cryptogam. Lond. 1785-1804. 4.).
Fr. *Ehrhart* (Beytr. zur Naturkunde 1-7. Hannov. 1787-1792. 8.).
Joſ. GÄRTNER (De fructibus et ſem. plant. 1. 2. Stutg. 1788-1791. 4. ſuppl. ed. fil.).
Jo. HEDWIG (Fundam. hiſtor. natur. muſcor. frondoſorum 1. 2. Lipſ. 1782. 4. Deſcriptio et adumbr. muſc. frond. 1-4. Lipſ. 1787-1797. f. Species muſc. frond. poſth. Lipſ. 1801. 4.).
Gul. *Aiton* (Hortus Kewenſis. 1-3. Lond. 1789. 8).
Ant. Laur. *Juſſieu* (Genera plant. Par. 1780. 8.).
Ant. Jo. *Krocker* (Flor. ſileſiac. 1. 2. Vratisl. 1787. 1790. 8.).
Jo. Bapt. LAMARK (Encycloped. méthod. botanique. 1-4. Paris 1783. ſ. Illuſtration des genres ib.).
Fr. Gul. *Leyſſer* (Flor. Halenſ. Hal. 1783. 8.).
Car. Lud. *L'héritier* (Stirpes novae 1-6. Par. 1784. 1785. f. Sertum anglicum. Par. 1788. f.).
Alb. Gul. *Roth* (Tentam. flor. germ. 1-4. Lipſ. 1788-1800. 8. Catalecta botan. 1-3. Lipſ. 1797-1805. 8.).
Chriſt. Früs *Rottböll* (Deſcript. et icones rarior. gram. Hafn. 1786. f.).
Car. Pet. THUNBERG (Flor. japonica. Lipſ. 1784. 8. Prodr. plant. capenſ. Upſal. 1794-1800. 8. Diſſert. botan. ed. *Perſoon*. 1. 2. Gött. 1799. 8.).
Villars (Hiſt. des plantes de Dauphiné. 1-3. Grénoble 1786. 1787. 8.).
Thom. *Walter* (Flor. carolina. Lond. 1788. 8.).
Carol. Lud. WILLDENOW (Flor. Berolin. prodr. Be-

rol. 1788. 8. Berliniſche Baumzucht. Berl. 1796. 8. Hort. Berolin. 1. Berol. 1803. f. f.).

Georg. Rud. *Böhmer* (De plant. ſemine. Witteb. 1785. 8.).

Heinr. *Andrews* (Botaniſts repoſitory 1-4. Lond. 1797-1804. 4. Engravings of heaths. Lond. 1797-1804. f.).

Sam. El. *Bridel* (Muſcol. recentiorum. 1. 2. et ſuppl. Goth. 1797-1806. 4.).

Bulliard (Hiſt. des champignons de la France. Paris 1791. f.).

Ren. DESFONTAINES (Flor. atlant. 1. 2. Paris 1798. 4.).

Jo. Phil. *du Roi* (Die Harbkeſche wilde Baumzucht, ed. *Pott*. Braunſchw. 1795. 8. 1. 2.).

E. J. C. *Esper* (Icones fucorum. Norib. 1797. f. 4.).

Hipp. *Ruiz* et Joſ. *Pavon* (Flora peruviana 1-3. Matr. 1798-1802. f.).

Adr. *Haworth* (Obſerv. on the genus Meſembrianthemum. 1. 2. Lond. 1794. 1795.)

Georg. Fr. HOFFMANN (Deutſchlands Flora. Erl. 1800. 12. Deſcript. et adumbr. lichenum 1-3. Lipſ. 1790-1802. f.).

Nic. Thom. *Hoſt* (Synopſ. plant. auſtr. Vindob. 1797. 8. Icones et deſcript. gram. auſtr. 1-3. Vienn. 1801-1805. f.).

Fr. Alex. HUMBOLDT (Flor. Friberg. Berol. 1793. 4. Plantes équinoxiales. 1. 2. Paris 1805. f.).

Car. Gottl. *Rafn* (Danmarks og Holſtens flora 1. 2. Kiöbnh. 1796-1800. 8.).

Jac. Jul. *Labillardière* (Icones plant. Syriae dec. 1. 2. Pariſ. 1791. 4. Plant. novae Holland. ſpec. 1805. f.).

A. B. *Lambert* (Cinchona. 1797. 4. Pinus. Lond. 1804. f.).

Sam. *Liljeblad* (Svenſk flora. Upſ. 1798. 8.).

Jo. *Loureiro* (Flora cochinchinenſis. 1. 2. Ulyſſip. 1790. 4.).

Franc. *Maſſon* (Stapeliae novae. Lond. 1796. f.).

Phil. *Picot-Lapeyrouſe* (Figures de la flore des Pyrénées. 1-4. Par. 1795-1801. f.).

Gul. *Roxburgh* (Plants of the coaſt of Coromandel 1-3. Lond. 1795. f.).

Chriſt. *Schkuhr* (Botan. Handbuch, 1-3. Wittenb. 1791-1804. 8.).
Jac. Ed. SMITH (Engliſh botany, 1-16. Lond. 1790-1806. 8. Flor. britann. 1-3. Lond. 1800-1803 8.).
Ol. SWARTZ (Flor. Ind. occidentalis, 1-3. Erl. 1797-1805. 8. Diſpoſit. ſyſt. muſcor. frondoſ. Suec. Erl. 1799. 8.).
Henr. Jul. *Tode* (Fungi Meklenburg. 1. 2. Luneb. 1790. 1791. 4.).
Mart. VAHL (Symbol. bot. 1-3. Hafn. 1790. ſ. f. Eclogae american. 1. 2. Hafn. 1797. f. Enumerat. plant. 1. 2. Hafn. 1804. 1805. 8.).
Jo. Chriſt. *Wendland* (Hort. Herrenhuſ. 1-4. Hannov. 1798-1807. f.).
Gul. *Withering* (Botanical arrangement of the brit. plants. 1-4. Birmingh. 1796. 8.).
Andr. *Comparetti* (Prodromo di fiſica vegetabile. Pad. 1791. 8. Riscontri fiſico-botanici. Pad. 1793. 8.).

Sæc. XIX.

Jo. *Senebier* (Phyſiologie des végétaux. 1-5. Genèv. 1801. 8.).
Theod. de *Sauſſure* (Recherches chimiques ſur la végétation. Genèv. 1804. 8.).
C. F. *Briſſeau-Mirbel* (Phyſiologie végétale. 1. 2. Par. 1804. 4.).
Er. *Acharius* (Methodus lichenum. 1. 2. Holm. 1803. 8.).
Fel. Avell. *Brotero* (Phytol. luſitan. Ulyſſip. 1801. 8.).
A. P. *Decandolle* (hiſt. des plantes graſſes livr. 1-12. Paris 1800. ſ. 4 Aſtragalologia. Par. 1802 f.).
Dillwyn (Groſsbritanniens Conferven, 1-4. Götting. 1803. 8.).
Paul *Kitaibel* (Icon. et deſcr. plant. rar. hungar. 1-4. Vienn. 1801. ſ. f.).
Andr. *Michaux* (hiſt. des chênes de l'Amér. ſeptentrion. Paris 1801. f. Flora boreali-americana. 1. 2. Paris 1803. 8.).
C. H. *Perſoon* (Synopſis methodica fungorum. 1. 2. Gött. 1801. 8.).
P. J. *Redouté* (Les liliacées. Paris 1802 ſ. f.).
Jo. Fr. *Rebentiſch* (Flor. neomarchic. Berol. 1804. 8.).
Hein. Ad. *Schrader* (Flor. german. 1. Gött. 1806. 8.).

David *Turner* (Synopſ. of the britiſh fuci. Lond. 1802. 8 Muſcol. hibernic. Yerm. 1804. 8.).
Steph. Pet. *Ventenat* (Plantes du jardin de Cels. 1-5. Paris 1800. f. Jardin de la Malmaiſon. Paris 1803. ſ. f.).
L. *Trattinick* (Fungi auſtriaci. Vienn. 1805. 4.).
J P. *Vaucher* (Hiſt. des conferves d'eau douce. Genèv 1803 4.).
J. W. *Palmſtruch* et C. *Quenſel* (Svenſk botanik. 1-4. Stockh. 1801. 8.).
J. B. de *Albertini* et L. D. de *Schweinitz* (Fungi agri Nieskienſ. Lipſ. 1805 8).
Aubert du Petit-Thouars Hiſtoire des végétaux ſur les iles de France, Madagascar etc. 1. 2. Paris 1804. 4. Eſſais ſur l'organiſation des plantes. Paris 1806. 4.).
Paliſot-Beauvois (Flore d'Oware et de Benin. 1-7. Paris 1804. ſ f.).
Ol. *Swartz* (Synopſis filicum Kil 1806. 8.).

SOCIETAS

Germanica. Miſcell. nat. cur. dec. 1-3. 1652-1706. Ephemer. nat. cur. cent. 1-10. 1712-1722. Act. nat. cur. vol. 1-10. 1727-1754. Nov. act. nat. cur. vol. 1-9. Norib. 1757-1791. 4.
Pariſina. Hiſt. de l'acad. des ſcienc. à Paris avant 1699. vol. 1-6. Par. 1729-1741. Hiſt. de l'ac. des ſcienc. à Paris, ann. 1699-1787. 4.
Londinenſis. Philoſ. transact. to 1700, abridged by *Lowthorp.* 1-3. Lond. 1701. 4 to 1732. Lond. 1734. 4. 1-5. Philoſ. transact. vol. 1-84. Lond. 1735-1805. 4.
Berolinenſis. Hiſt. de l'ac. des ſcienc. 1745-1769. 4. Nouv. mém. de l'ac. des ſcienc. 1770. ſ. 4.
Upſalienſis. Act. liter. Sueciae. 1-4. Upſal. 1724-1742. Act. ſoc. reg. Upſal. 1-5. 1745. ſ. Nov. act. ſoc. reg. upſ. 1-5. 1773. ſ.
Petropolitana. Commentar. acad. ſcient. Petrop. 1-14. 1728-1751. Nov. commentar. acad. ſcient. Petrop. 1-20. 1750-1776. Act. acad. ſcient. Petrop. 1-11. 1777-1786. Nov. act. acad. ſcient. Petrop. 1783. ſ.
Holmienſis. Vetenſkaps-Academ. handlingar. 1-40. Stockh. 1740-1780. Nya handlingar 1780. ſ. 8.

Hafnienſis. Skrifter af det Vedenſkabers Selſkab. 1-12. Kiöbenh. 1745-1779. 4. Nye Samling 1-4. Kiöbenh. 1781-1790. 4. Skrifter af Naturhiſtorie Selkabet. Kiöbenh. 1790. ſ. 8.

Gottingenſis. Commentar. ſoc. ſcient. 1-4. Gott. 1752-1755. Nov. commentar. ſoc. ſcient. 1-8. Gott. 1771-1778. Commentationes ſoc. ſcient. 1-14. Gott. 1778. ſ.

Baſileenſis. Acta helvetica 1-8. Baſil. 1751-1777. 4. Nov act. helvet. 1. Baſil. 1787. 4.

Haarlemenſis. Verhandelingen door de Maatſchap der Wetenſch. 1-21. Haarl. 1754-1784. 8.

Erfordienſis. Act. acad. elector. quae Erfordiae eſt. 1-11. Erf. 1757. ſ.

Taurinenſis. Mélanges de philoſophie. 1-5. Turin 1761-1776. 4. Mém. de l'acad. des ſciences à Turin. 1-4. Turin 1786. ſ. 4.

Nidroſienſis. Drondhiemske Selſkabs Skrifter. 1-5. Kiobenh. 1761-1774. 8. Nye Samling af de Norſke Vedenſk. Selſk. 1. 2. Kiöbenh. 1784-1788. 8.

Berolinenſis privàt. Beſchäftigungen der Berl. Geſellſch. naturforſch. Freunde. 1-4. Berl. 1775-1779. 8. Schriften der Berl. Geſellſch. naturf. Freunde. 1-12. Berl. 1780-1794. 8. Neue Schriften der Berl. Geſellſch naturf. Freunde. 1-4. Berl. 1797. ſ. 4.

Lauſannenſis. Mémoires de la ſociété des ſcienc. phyſiques de Lauſanne. 1-8. Lauſ. 1784-1790. 4.

Linnaeana. Transactions of the Linnean ſociety. 1-6. Lond. 1791-1805. 4.

Pariſina nova. Annales du muſéum d'hiſt. naturelle. 1-60. Paris 1801-1808. 4.

Madritenſis. Anales de hiſtoria natural (de ciencias natur.) 1-20. Madr. 1797-1805. 8.

Ratisbonenſis. Schriften der bot. Geſellſch. 1. Regensb. 1794. 8.

PROMTUARIA.

P. *Uſteri* Magazin für die Botanik. 1-12. Zürich 1787-1791. 8. Annalen der Botanik. 1-24. Zürich 1792-1799. 8.

J. J. *Römer* neues Magazin für die Botanik. 1. Zürich 1794. 8. Archiv für die Botanik. 1-3. Leipz. 1796-1805. 4.

H. A. *Schra-*

H. A. *Schrader* Journal für die Botanik. 1-5. Gött. 1799-1801. 8. Neues Journal für die Botanik. 1. Erf. 1805. 8.

Car. *Sims* et J. *Konig* annals of botany. 1. 2. Lond. 1804. f. 8.

7. BOTANICI (veri 6) ex fundamento genuino Botanicam (4) intelligunt, et vegetabilia (2) omnia nomine intelligibili nominare ſciunt; ſunt hi vel *Collectores* (8) vel *Methodici* (18).

8. COLLECTORES (7) de numero ſpecierum Vegetabilium primario ſolliciti fuere: ſunt hi *Patres* (9), *Commentatores* (10), *Ichnographi* (11), *Deſcriptores* (12), *Monographi* (13), *Curioſi* (14), *Adonides* (15), *Floriſtae* (16), *Peregrinatores* (17).

9. PATRES (8) Botanices prima rudimenta poſuerunt.

Theophraſtus, Parens Botanices, ſeculo III. ante Chr.
Plinius ſub Tiberio ad Titum.
Dioscorides ſub Nerone.
Adumbrationes 325. 326. 332. ignorabant omnes.

10. COMMENTATORES (8) Patrum (9) ſcripta dilucidarunt.

THEOPHRASTUM tranſtulit *Gaza*, etc.
comment. *Stapel*, *Scaliger*, etc.
[Hermol. Barbarus, Nicol. Leonicenus.]
PLINIUM caſtigarunt *Dalechampius*, *Harduinus*, *Gronovius* etc.
comment. *Guilandinus*, *Salmaſius*, etc.
DIOSCORIDEM tranſtul. *Cornarus*, *Sarracenus*, etc.
comment. *Barbarus*, *Fuchſius*, *Matthiolus*, *Cordus*, *Gesnerus*, *Ruellius*, etc.
[Sed error communis eorum fuit ſaeculorum, ut quamvis plantam Dioscoridis in occidente et in borealibus provinciis quaererent.]

USITATAE: *Matthiolus, Cluſius, Dodonaeus,* [*Bauhinus, Pollich, Smith, Schrader, Cavanilles, Willdenow, Vahl.*]
UNIVERSALES: *J. Bauhinus* cum *Cherlero, Moriſonus, Rajus,* [*Lamark.*]
CHARACTERISTICAE: *Haller,* [*Linnaeus, Vahl, Smith, Willdenow, Schrader.*]
MENSURATAE: *Tourneſortius, Feuillaeus,* [*Michaux, Schrader.*]
PARTIALES in Muſcis: *Dillenius,* [*Hedwig, Turner, Swartz.*]
Graminibus: *Scheuchzerus,* [*Schreber, Hoſt.*]
Filicibus: *Plumierus,* [*Bolton, Swartz.*
Fucis et Algis: *S. G. Gmelin, O. F. Müller, Roth, Vaucher, Lightfoot, Dillwyn.*
Fungis et Gaſtromycis: *Tode, Schäffer, Sowerby, Bolton, Perſoon, Albertini et Schweinitz, Rebentiſch.*]
Officinalibus: *Pometus, Valentinus,* [*Geoffroy, Hayne.*]
EXOTICAE in Indicis: *Rheede, Rumphius,* [*Roxburgh.*]
Americanis: *Plumierus, Sloaneus, Hernandez,* [*Michaux, Humboldt, Ruiz* et *Pavon.*
Africanis: *Desfontaines, Paliſot-Beauvois.*]

13\. MONOGRAPHI (8) Vegetabile *unicum,* opere ſingulari, proſecuti ſunt.
Ut eo accuratius conſtent omnia in particulari caſu.
Commendanda *Succulenta,* nec non ampliſſima genera, e. gr. *Euphorbia,* [*Aſter, Erica.*]
Praecipua in hoc genere ſunt:

Halleri *Allium.*	Linnaei Muſa.	
Veronicae alpinae.	Betula nana.	
Pediculares.	Ficus.	
Breynii *Ginſeng.*	Paſſiflora.	in
Lafitau *Panax.*	Anandria.	Amoe-
Bradley *Aloë.*	Acroſtichum.	nit.
[Haworth *Meſembrianthema.*	Senega.	acad.
	Lign. colubrinum.	
Jacquin *Oxalis.*	Splachnum.	
Decandolle et Pallas *Aſtragali.*		

Lambert *Pinus.*
Humboldt *Melaſtomae.*
Andrews et Wendland *Ericae.*
Cavanilles *Monadelphia.*
L'Héritier *Cornus.*
Schkuhr *Carex.*
Maſſon *Stapelia.*]

14. CURIOSI (8) Vegetabilia *rariora* propoſuerunt.

MUSEA, quae e triplici Naturae Regno conſtant:
Sebae *Theſaurus.*
Petiveri *Gazophylacium.*
Catesbaei *Carolina.*
Anonym. *Petropolitanum.*
[Scopoli *deliciae inſubricae.*
Jacquin *collectanea et miſcellanea.*
Knorr *deliciae naturae.*]

15. ADONIDES (8) Vegetabilia *ſativa* cujusdam Horti ſiſtunt.

HORTI ACADEMICI in Europa ſunt:
Piſanus 1544.
Patavinus 1545.
[*Florentinus* 1550.]
Bononienſis 1568.
Leydenſis 1577.
Lipſienſis 1580.
Monspelienſ. 1598.
Pariſinus 1626.
[*Meſſanenſis* 1636.]
Oxonienſis 1683.
Amſtelodam. 1686.
Ultrajectin. 1638.
Upſalienſis 1657.
Berolinenſis 1730.
Göttingenſis 1737.
Wittemberg. 1710.
[*Halenſis* 1770.],

PUBLICOS inter Hortos eminent:
Magnolii Monspelienſis.
[*Commelyni* Amſtelodam.]
Boerhavii Leydenſis.
Tilli Piſanus.
Halleri [et *Schraderi*] Göttingenſis.
Linnaei Upſalienſis.
[*Aitoni* Kewenſis.
Wendlandii Herrenhuſan.
Willdenowii Berolinenſis.
Jacquini Schönbrunnenſis.
Fontaneſii et *Thouini* Pariſinus.]

PRIVATI Horti primarii ſunt:
Linnaei Hortus Cliffortianus.
Moriſon H. Bleſenſis.
[*Dillenii* H. Elthamenſis.
Aldini Farneſianus.
Besleri Eyſtettenſis.
Ventenati Celſianus.
Fiſcheri Razumovianus.]

16. FLORISTAE (8) enumerant Vegetabilia *ſpontanea* certi alicujus Loci.

Enumeratio ſit *ſyſtematica*, ut etiam abſentes intelligantur; ſint praeſentes cum *Loco, Solo, Tempore, Nominibus indigenis.*

PRIMARIAE ſunt Florae:

Gmelini Sibirica.
Halleri Helvetica.
Linnaei Suecica.
Lapponica.
Raji Anglica.
Vaillantii Pariſina.
Guettardi Stampenſis.
Magnolii Monspeliaca.
Ruppii Jenenſis.
Dillenii Gieſſenſis.
[*Löſelii* Pruſſica.
Pollichii Palatinatus.
Scopoli Carniolica.
Leers Herbornenſis.
Schrader Germanica.
Smith Britannica.
Gerard Gallo-provincialis.
Allioni Pedemontana.]

17. PEREGRINATORES (8) diſſitas Regiones plantarum inveſtigandi cauſſa adierunt.

PRAESTANTIORA ſiſtunt in Botanicis:

Scheuchzerii itinera alpina.
Calceolarii et *Ponae* Montis Baldi.
Ray's Travels and Voyages.
Tournefort Voyage de Levant.
Shawii Cat. plantarum Africae.
Alpini Aegypti.
Belonius, Rauwolfius.
Kämpferi Amoenitates.
Marcgravii et *Piſonis* Braſilia.
Feuillée Peru.
Hernandez Mexico.
Cornuti Canada.
[*Pallas* Sibirica.
Bory S. Vincent Inſ. Franc.
Thunberg Afr. Japan.
Humboldt Americ. auſtral.
Sonnerat Ind. et nov. Guin.
Marſchall a Bieberſtein Caucaſica.]

SELECTIORA ſunt Botanica:

Indica: *Rheede* Malabarica,
Burmanni Theſaurus Zeylanicus.
Linnaei Flora Zeylanica.
Rumphii Amboinenſis.
Kämpferi et *Thunberg* Japonica.
[*Forſter* et *Labillardière* Auſtralia.
Roxburgh Coromandel.
Franc. *Buchanan* Avenſia in *Symes* account of the embaſſy at Ava vol. 3.]

Americana: *Sloane* Jamaica.
Plumieri Americana.
Gronovii Flora virginica.
[*Michaux* flor. boreali-americana.
Swartz flor. ind. occident.]

18. METHODICI (7) de Diſpoſitione (VI) et inde facta Denominatione (VII) vegetabilium inprimis laborarunt; ſuntque *Philoſophi* (19), *Syſtematici* (24), *Nomenclatores* (38).

19. PHILOSOPHI (18) Scientiam Botanicam demonſtrative ex principiis rationalibus in formam ſcientiae reduxerunt: ut *Oratores* (20), *Eriſtici* (21), *Phyſiologi* (22), *Inſtitutores* (23).
Theoretici hi Botanici dicentur.
Canones et Regulae in Botanicis his debentur.
Empirica cognitio erat veterum res herbaria.

20. ORATORES (19) quaecunque Scientiam docte ornant, propoſuerunt.
ORATIUNCULAE.
Hellwigii Botanices nobilitas. [Lipſ. 1666. 4.]
Triumfetti Praeluſio [ad publicas herb. oſtenſiones.]
Commelyni Oratio [metrica. Amſt. 1715. 4.
Rottböll Botanikens udſtrakte Nytte. Kiöbenh. 1771. 8.
Weigel Einladungsſchrift vom Nutzen der Bot. Greifsw. 1773. 4.
Kohlhaas Rede, in den Schriften der Regensburg. bot. Geſellſch. 1.
Nocca oratio. Ticin. 1793. 8.]
PHYSICALIA.
Biberg Oeconomia Naturae, [in Amoenit. acad. vol. 2.]
Söderberg Curioſitas Naturalis, [in Amoenit. acad. vol. 2.

Sander über das Groſse und Schöne in der Natur. Leipz. 1781. 8.
Treviranus Biologie 1-3. Gött. 1802-1804. 8.
Fabricius Betracht. über die allgem. Einrichtungen in der Natur. Hamb. 1781. 8.]

EMBLEMATA.
Camerarii Emblemata. [Norib. 1590. 4.
Pictorii παντοπώλιον. Baſil 1563. 8.
Poëtice philoſophatur Eraſm. *Darwin* in Phytonomia.]

21. ERISTICI (19) in Botanicis ſcriptis publicis litigarunt.

BELLA SYSTEMATICA.

[Nicol. *Leonicenus.*	Pand. *Collenutius.* Hermol. *Barbarus.*
Petr. Andr. *Matthiolus.*	Melch. *Guilandinus.* Amat. *Luſitanus.*
Leon. *Pluknet.*	Hans *Sloane.* Jac. *Petiver.*
Philib. *Collet* deux lettres ſur la botanique. 1697.	(TOURNEFORT) Réponſe de Mr. Chomel à deux lettres. Journ. des ſav. 1697. n. 12.
Dillenius plant. Gieſſ. *Rajus* ſynopſ. plant.	RIVINUS.
Hallerus fil. epiſtolae. *Siegesbek* botanoſophia. vaniloquentia. *Burkhardus* epiſt. cum praef. Heiſteri. *Adanſon* familles des plantes. *Medicus* Kritik. *Ruiz* et *Pavon.* *Alſton* tirocinium bot.	LINNAEUS. *Browall* examen. *Gleditſch* conſideratio.
L'Héritier. *	*Cavanilles.*
Salisbury. *	*Smith.*

De litigiis botanicorum ſemper indignis legendus *Linnaeus* ad *Hallerum* (epiſt. Halleri, vol. I. p. 284. ſ.)]

BELLA REGUM de Plantis magis cruenta fuere, nec calamo, ſed Bombardis et Gladiis ſcripta.

Abies, Cedrus dicta, incitavit Adrianum, ut Hierosolyma deſtrueretur. (? S.)

[*Haematoxylon* incitavit piratas Jamaicenſes ab Anglis protectos, ut in ſinu Honduras coloniam conſtituerent, quae tandem 1763 licentiam ab Hiſpanis adepta eſt. (*Raynal* hiſt. du commerce vol. 3. p. 348. ſ.)

Ficus incitavit Xerxen contra Athenienſes.

[Nil aliud inveni, quod traditionem hanc confirmaret, quam locum *Herodoti* (VII. 5.), ubi Mardonius Xerxem ad Graecos ſubigendos incitat, quod Europa περικαλλὴς ſit χώρη καὶ δένδρεα παντοῖα φέρει τὰ ἥμερα. Ficus vero in Palaeſtina potius et in Caria et in Lydia multo antiquior quam in Peloponneſo.]

Romam contra Carthaginem, ſuadente Catone. [?S.]

Ficus unius argumento Carthago, per cxx annos de terrarum orbe aemula, averſa eſt. Namque Cato, qui omni ſenatu clamaſſet, Carthaginem eſſe delendam, oſtendit demum patribus praecocem ex ea provincia ficum. Interrogo, inquit, quando hoc pomum ex arbore demtum putetis? Quum inter omnes recentem eſſe conſtaret: Atqui tertium, inquit, ante diem ſcitote decerptum Carthagine: tam prope a muris habemus hoſtem: ſtatimque ſumtum eſt tertium punicum bellum, quo Carthago deleta eſt. *Plin.* xv. 18

Balſami de frutice dimicarunt Judaei et Romani. Plin. [xii. 25.]

Anacardium proelia inter Braſilienſes ſaepe cauſat.

Phoenix diſſidia orientalium multoties cauſſavit.

Myriſtica Belgas in Indiis armavit [et Anglos, duce Lancaſter, (*Raynal* hiſt. du commerce, vol. 2. p. 12.)

Theae vectigalia, quae Angli in America exegerunt, bellum ſuſcitarunt 1773. (*Raynal* hiſt. du commerce, vol. 9. p. 147.]

22. PHYSIOLOGI (9) Vegetationis Leges et Sexus (V) myſterium in plantis revelarunt.

[*Theophraſtus*,

Millington 1676. apud *Grew*.
Neh. *Grew* anat. of plants. p. 171.
Rajus ſyll. ſtirp. extra Brit.
R. J. *Camerarii* epiſt.
Morland, philoſ. transact. n. 287.
Geoffroy mém. de l'acad. de Paris, 1711.
Vaillant ſermo, 1717.
Bradley improvement of plant.
Blair botanick eſſays.
C. G. *Ludwig* diſſ. Lipſ. 1737.
Wahlbom ſponſalia, in Amoenit. acad. vol. 1.
Hall nectaria, in Amoenit. acad. vol. 6.
Alſton diſſertation in Edimb. Eſſays, vol. 1.
Hill outlines of a ſyſtem of generation. 1758.
Kölreuters Nachrichten. 1761-1766.
Spallanzani fiſica animale e vegetabile, tom. 3.
Ant. *de Marti* experimentos ſobre los ſexos y fecundacion de las plantas. Barcelona 1791. 8.
Chriſt. Konrad *Sprengel* entdecktes Geheimniſs der Befruchtung. Berl. 1793. 4.
K. *Sprengel* Anleitung zur Kenntniſs der Gewächſe, Th. 1.
J. *Hedwig* theoria generationis.]

23. INSTITUTORES (19) Regulas et Canones compoſuerunt.

Jungii Iſagoge Phytoſcopica.
[*Linnaeus*] Fundamenta haec Botanica.
Ludwigii Regnum vegetabile.
Aphoriſmi Botanici.
[*Jacquin* Anl. zur Pflanzenkenntniſs. 1785.
Adanſon familles des plantes.
Hofberg anvisning til växtrikets kännedom. 1784.
Dietrichs Anfangsgr. der Pflanzenkenntniſs. 1775.
Scopoli fundamenta bot. Pap. 1783.
Suckows Anfangsgründe 1-4. Leipz. 1786. 8.
Philibert introduction à l'étude de botanique 1-3. Par. 1799.
Willdenows Anfangsgr. der Kräuterkenntniſs. 4te Aufl. Berl. 1805. 8.
Cavanilles curſo elementar de botanica. Madr. 1801. 8.

Ventenats Anfangsgr. der Botanik; überſ. Zürich 1802. 8.
Sprengels Anleitung zur Kenntniſs der Gewächſe 1–3. Halle 1802–1804. 8.
Nocca elementi di botanica. Pavia 1801. 8.
Botanical dialogues between Hortenſia and her four children. Lond. 1797. 8.
Vinc. *Petagnae* inſtitut. rei botanicae. 1–5. Neapol. 1787. 8.]

24. SYSTEMATICI (18) plantas in certas Phalanges diſpoſuerunt, qui vel *Orthodoxi* (26) vel *Heterodoxi* (25) ſunt.

[De ſyſtematibus et methodis generatim:
A. J. *Hugo* de variis plantarum methodis. LB. 1711. 4.
Du Hamel du Monceau phyſique des arbres, préface p. XXIX–LXV.
Joſ. *Quer* flora eſpañola, tom. 1. p. 273. ſ.
Adanſon familles des plantes, tom. 1.
Giſeke diſſ. ſiſtens ſyſtemata plant. recentiora. Gott. 1767. 4.
Jo. Ant. *Scopoli* ann. hiſt. nat. 4. p. 48–114.
Colin *Milne* inſtit. of botany. Lond. 1771. 4.
P. *Boddaert* in Geneeskondige Jaarboek D. 3. p. 123. ſ. 189. ſ.
Fr. Caſ. *Medicus* Geſch. der Botanik unſerer Zeiten. Mannh. 1793. 8.
Ant. Laur. *Juſſieu* in gener. plant. praef.
Lamark in Journ. d'hiſt. nat. vol. 1.
F. de *Paula Schrank* in *Uſteri's* Annal. der Bot. St. 4. p. 8–14.
Cavanilles in anales de cienc. nat. vol. 3. 4.]

25. HETERODOXI Syſtematici (24) ab alio, quam fructificationis principio (164) vegetabilia diſtribuerunt: ut *Alphabetarii, Rhizotomi, Phyllophili, Phyſiognomi, Chronici, Topophili, Empirici, Seplaſiarii.*

Alphabetarii methodo Alphabetica. [Matth. *Sylvaticus*. *Magnolius* in Horto Monspel. *Thalius* in ſylv. hercyn. Jo. *Commelyn*. *Buxbaum* in flor.

Hal. *Tilli* in Hort. Piſ. *Miller* in diction. *Mappi* in flor. alſat.]

Rhizotomi a Radicis ſtructura: ut Hortulani.

Phyllophili a Foliorum ſpeciebus. [*Sauvages* méthode pour connaître les plantes par les feuilles. Haye 1751. 8.]

Phyſiognomi ab Habitu.

Chronici a Tempore florendi. *Besler.*

Topophili a Loco natali.

Empirici ab Uſu Medico. [*Dioscorides* καὶ οἱ περὶ αὐτόν.]

Seplaſiarii ſecundum ordinem Pharmacopoeorum.

26. ORTHODOXI Syſtematici (24) e Fructificationis vero fundamento (164) Methodum deſumſerunt; ſuntque *Univerſales* (27) vel *Partiales* (32).

Genera obſervant Naturalia.

Genera diſponunt ſecundum partem aliquam fructificationis.

Indicant praeſentia; abſentia tum per ſe patent.

27. UNIVERSALES Orthodoxi Syſtematici (26) genuina methodo omnes vegetabilium claſſes condiderunt: ut *Fructiſtae* (28), *Corolliſtae* (29), *Calyciſtae* (30), *Sexualiſtae* (31).

28. FRUCTISTAE (27) a Pericarpio (86), Semine (86) aut Receptaculo (86) Claſſes Vegetabilium compoſuerunt: ut *Caeſalpinus*, *Moriſonus*, *Rajus*, *Knautius*, *Hermannus*, *Boerhaavius*, *Gärtnerus*.

Caeſalpinus (54), [Archiater Romanus], 1583.
Moriſonus (55), Profeſſor Oxonienſis, 1680.
Rajus (59), Presbyter Anglus, 1682. 1700.
Knauthus (57), Medicus Halenſis, 1687.
Hermannus (56), Profeſſor Leydenſis, 1690.
Boerhaave (58), Profeſſor Leydenſis, 1710.
Gärtnerus, Medicus Calvae Suevorum, 1788.

N. Jo. Ern. *Hebenſtreit* progr. de methodo plant. ex fructu optima. Lipſ. 1740. 4.]

29. COROLLISTAE (27) a Corolla (86) Petaloſa claſſes diſtinxerunt: uti *Rivinus*, *Tournefortius*.

Rivinus (61), Profeſſor Lipſienſis, 1690.
Heucherus, Profeſſor Wittembergenſis, 1711.
Ruppius, (61) Studioſus Jenenſis, 1718.
Hebenſtreit, Profeſſor Lipſienſis, 1731.
Ludwig (63), Profeſſor Lipſienſis, 1737.
Knautius (62), Bibliothec. Halenſ., 1716.
Tournefortius (64), Profeſſor Pariſinus, 1694.
Plumierus, Religioſus, 1703.
Pontedera (65), Profeſſor Patavin., 1720.
[*Gouanus*, Prof. Monspel., 1765.]

30. CALYCISTAE (27) a Calyce (86) Claſſes diſtribuerunt: ut *Magnolius*, [*Linnaeus*.]

Magnolius (66), Profeſſor Monspelienſis: poſthumus 1720.
[*Linnaeus*] (67) 1737.

31. SEXUALISTAE (27) a Sexu (149) Syſtema condiderunt: ut [*Linnaeus* καὶ οἱ περὶ αὐτόν.]

[*Linnaeus*] (68) (in Belgio) 1735.

32. PARTIALES Orthodoxi Syſtematici (26) unius tantum Claſſis Syſtema compoſuere: e. gr. [*Palmarum* (77. ord. 1.), *Scitaminum* (77. ord. 8.), *Orchidearum* (77. ord. 7.),] *Compoſitorum* (77. ord. 49.), *Umbellatarum* (77. ord. 45.), [*Siliquoſarum* (77. ord. 39.), *Stellatarum* (77. ord. 47.), *Halophytorum*,] *Graminum* (77. ord. 4.), [*Columniferarum* (77. ord. 37.), *Succulentatum* (77. ord. 13.), *Filicum* (77. ord. 55.), *Algarum* (77. ord. 57.), *Lichenum* (77.

ord. 56.),] *Muſcorum* (77. ord. 56.), *Fungorum* (77. ord. [58.) et *Gaſtromyçetum.*]

33. COMPOSITORUM (32. 117) Claſſes expoſuerunt *Vaillantius*, *Pontedera*, [*Berkheyus* et *Meeſius.*]

Vaillantius (70), Demonſtrator Pariſienſis, 1718. [Mém. de l'ac. de Par. 1718-1721.]

Pontedera (70), Profeſſor Patavinus, 1720. [Anthologia p. 79-296.

Jo. *le Francq Berkheyus*. Expoſit. characteriſt. compoſ. LB. 1761. 4.

David. *Meeſe* (Het xix. Claſſe van de Genera plantarum opgeheldert en vermeerdert. Leeuward. 1761. 8.).

PALMARUM (32.).

Linnaeus (Ordin. natur. ed. Giſeke, p. 33-122.).

SCITAMINUM (32.).

Jo. Ger. *König*, in *Retz* faſc. 3.

ORCHIDEARUM (32.).

Alb. *Hallerus*, in Act. helvet. vol. 4. et in ſtirp. helv.

Ol. *Swartz*, in *Schraders* neuem Journ. 1.]

34. UMBELLATORUM (32. 118) claſſem inſtruxerunt *Moriſonus*, [*Artedius*, *Crantzius* et *Gärtnerus.*]

Moriſonus (71), Profeſſor Oxonienſis, 1672. [Plant. umbellifer. diſtrib. nov. Oxon. fol.]

Artedius (71), Cultor Medicinae, Suecus. (1735.)

[Henr. Jo. Nep. *Crantz* (Claſſis umbellif. emendata. Lipſ. 1767. 8.).

Joſ. *Gärtner* de fructib. et ſemin. plant.

SILIQUOSARUM (32).

Henr. Jo. Nep. *Crantz* (Claſſis eruciformium emendata. Lipſ. 1769. 8.).

STELLATARUM (32.).

Remi *Willemet* (Monographie pour ſervir à l'hiſt. des étoilées. Strasb. 1791. 8.).

35. GRAMINUM (32) claſſes compoſuere *Rajus*, *Montius*, *Scheuchzerus*, *Michelius*,

[*Linnaeus* uterque, *Rottböllius*, *Schreberus*, *Kölerus*, *Schraderus*, *Hoſtius*.]

Hoſtea W.
Plumeria.
Echites.
Urceola Roxb.
Strophanthus Dec.
Nerium.
Ceropegia.
Vinca.
Apocynum.
Aſclepias.
Cynanchum.
Periploca.
Pergularia.
Stapelia.
Plectronia?
β. Allamanda.
Bellonia.
Macrocnemum.
Manettia.
Pinkneia Mx.
Cinchona.
Coſmibuena Cav.
Portlandia.
Rondeletia.
Virecta Vahl.
Hillia.
Dentella Forſt.
γ. Genipa.
Gardenia.
Anaſſera Juſſ.
Muſſaenda.
Fagraea Thunb.
Cariſſa.
Pacoleria.
Arduina.
Lycium.
Dodecas.
Ceſtrum.
Gynopogon Forſt.
Willughbeia Schrb.
Melodinus Forſt.
δ. Rauwolfia.
Valleſia R. et P.
Cerbera.
31. VEPRECULAE.
Dais.
Drapetes Lam.
Quisqualis.
Dirca.
Daphne.
Gnidia.
Penaea.
Lachnaea.
Ophira.
Paſſerina.
Grubbia Berg.
Struthiola.
Stellera.
Pimelea Sm.
Thelium.
Ceratopetalum Sm.
32. PAPILIONACEAE.
Medicago.
Trigonella.
Trifolium.
Lotus.
Anthyllis.
Boſſiaea Venten.
Crotalaria.
Ononis.
Clitoria.
Dolichos.
Phaſeolus.
Glycine.
Abrus.
Piſum.
Lathyrus.
Orobus.
Vicia.
Ervum.
Cicer.
Coronilla.
Ornithopus.
Hippocrepis.
Scorpiurus.
Biſerrula.
Oxytropis Decand.
Aſtragalus.
Phaca.
Glycyrrhiza.
Hedyſarum.
Hallia Thunb.
Styloſanthes.
Indigofera.
Galega.
Aeſchynomene.
Arachis.
Lupinus.
Ebenus.
Pſoralea.
Colutea.
Diphyſa.
Cytiſus.
Ulex.
Spartium.
Lebeckia Thunb.
Geniſta.
Achyronia Wendl.
Borbonia.
Rafnia Thunb.
Liparia.
Oedmannia Thunb.
Aſpalathus.
Robinia.
Viborgia Thunb.
Piſcidia.
Anagyris.
Deguelia Lam.
Erythrina.
Butea Roxb.
Amorpha.
Dimorpha Schreb.
Platylobium Sm.
Teramnus Sw.
Bredemeyera W.
Pterocarpus.
Amerimnum.
Niſſolia.
Dalbergia.
Securidaca.
Geoffraea.
Müllera.
Coublandia Aubl.
Cyliſta Roxb.
Smithia.
Dipteryx Schreb.
Detarium Gmel.

33. LOMENTACEAE.
Codarium Solandr.
Polygala.
Monina R. et P.
Cercis.
Jonesia Roxb.
Bauhinia.
Afzélia Sm.
Hymenaea.
Ceratonia.
Inga W.
Mimoſa.
Acacia W.
Deſmanthus W.
Schrankia W.
Gleditſchia.
Tamarindus.
Hoſmanseggia Cav.
Prosopis.
Copaifera.
Schotia Jacq.
Guilandina.
Hyperanthera Vahl.
Gymnocladus Lam.
Sophora.
Poinciana.
Podaliria W.
Caeſalpinia.
Panzera Thunb.
Caſſia.
Parkinſonia.
Cubea Schreb.
Adenanthera.
Davieſia Sm.
Haematoxylon.
Actus Lbill.
Dillwynia Sm.
Myroxylon.
Pultenaea Sm.
Cynometra.
Chorizema Sm.
Sphaerolobium Lb.
Macrolobium Schb.
Humboldtia Vahl.

34. CUCURBITACEAE.
Gronovia.
Sechium Sw.
Anguria.
Elaterium.
Sicyos.
Melothria.
Bryonia.
Cucurbita.
Cucumis.
Trichosanthes.
Momordica.
Feuillaea.
Paſſiflora.
Murucuja Juſſ.
Tacſonia Juſſ.
Napoleona Belviſ.
Myrianthus Belviſ.

35. SENTICOSAE.
Alchemilla.
Aphanes.
Agrimonia.
Poterium.
Sanguiſorba.
Acaena.
Margyricarpus R. P.
Krameria Löfl.
Dryas.
Geum.
Sibbaldia.
Tormentilla.
Polylepis R. et P.
Potentilla.
Waldſteinia W.
Comarum.
Fragaria.
Rubus.
Dalibarda Michaux.
Roſa.
Calycanthus.

36. POMACEAE.
Mammea.
Spiraea.
Ribes.
Ryania Vahl.
Sorbus.
Crataegus.
Mespilus.
Pyrus.
β. Punica.
Honckenya W.
γ. Chryſobalanus.
Petrocarya Schreb.
Prunus.
Grangeria Lam.
Amygdalus.
δ. Tetracera.
Prockia.
Hirtella.
Walkera Schreb.
Carmonsa Cav.
Iſerta Vahl.
Galvezia R. et P.
Spondias.
Joncquetia Schreb.
Robergia Schreb.

37. COLUMNIFERAE.
Malva.
Althaea.
Lavatera.
Malope.
Melochia.
Kitaibela W.
Malachra.
Palava Cav.
Sida.
Pentapetes.
Ruizia Cav.
Pavonia Cav.
Aſſonia Cav.
Dombeia Cav.
Redutea Vent.
Achania Sol.
Lagunaea Cav.
Barringtonia Forſt.
Carolinea.
Guſtavia.
Bombax.
Trigonia Vahl.
Adanſonia.
Goſſypium.
Ochroma.
Hibiscus.
Pourretia W.
Cienfuegoſia Cav.
Myrodia Sw.
Aubletia Schreb.
Urena.
Triumfetta.
Eucryphia Cav.
Heliocarpus.
Bixa.
Sparrmannia Retz.
Ventenatia Belviſ.
Corchorus.
Vallea R. et P.
Antichorus.
Azara R. et P.
Waltheria.
Abatia R. et P.
Turnera.
Malesherbia R. et P.

Hermannia.
Mahernia.
Croſſoſtylis Forſt.
Helicteres.
Kleinhovia.
Ayenia.
Marila Sw.
Theobroma.
Bubroma Schreb.
Abroma.
Symplocos.
Grewia.
Alangium Vahl.
Muntingia.
β. Camellia.
Stuartia.
Gordonia.
Thea.
Laëtia.
Sloanea.
Eroteum Sw.
Ternſtrōmia.
Tilia.
Lettſomia R. et P.
Kiggelaria.

38. TRICOCCAE.
Sterculia.
Tricuspidaria R. et P.
Cambogia.
Dalechampia.
Plukenetia.
Euphorbia.
Clutia.
Hermeſia Humb.
Andrachne.
Phyllanthus.
Kirganelia Juſſ.
Adelia.
Croton.
Savia W.
Aleurites Forſt.
Stillingia.
Sapium Schreb.
Thryallis.
Excoecaria.
Chloromyron Perſ.
Tragia.
Acalypha.
Jatropha.
Ricinus.
Hernandia.
Guettarda.
Alchornea Sw.
Hippomane.
Hura.
Rottlera Roxb.
Gelonium W.
Carica.
Cliffortia.
Linconia.
Mercurialis.
Cneorum.
Comocladia.
Rumphia.
Buxus.
Cometes.
Nicandra Schreb.
Bonnetia Vahl.
Cicca.
Argythamnia.
Nephelium.
Agyneia.
Hedwigia Sw.
Aegopicron.
Cornidia R. et P.
Siphonia.
Viſnea.
Acidoton Sw.
Trichoa Thunb.

39. SILIQUOSAE.
α. Draba.
Iſatis.
Subularia.
Lepidium.
Coronopus.
Peltaria.
Clypeola.
Alyſſum.
Iberis.
Cochlearia.
Pſychine Deſf.
Thlaspi.
Biſcutella.
Lunaria.
Ricotia.
Anaſtatica.
Vella.
Myagrum.
Bunias.
Crambe.
Cakile.
Pugionium.
Cordylocarpus Deſf.
β. Raphanus.
Sinapis.
Braſſica.
Turritis.
Arabis.
Cheiranthus.
Heliophila.
Heſperis.
Eryſimum.
Siſymbrium.
Dentaria.
Cardamine.

40. PERSONATAE.
Chelone.
Pentaſtemon.
Cymbaria.
Antirrhinum.
Linaria Juſſ.
Anarrhinum Deſf.
Dodartia.
Caſtilleja Sm.
Bartſia.
Rhinanthus.
Eſcobedia R. et P.
Pedicularis.
Euphraſia.
Maurandia Jacq.
Melampyrum.
Mimulus.
Lathraea.
Alectra Thunb.
Orobanche.
Phelipaea Tourn.
Hyobanche.
Calytriplex R. et P.
Obolaria.
Martynia.
Torenia.
Scrofularia.
Gesnera.
Schwalbea.
Duranta.
Columnea.
Cyrtandra Forſt.
Beslera.
Brunfelſia.
Gerardia.
Ruellia.
Juſticia.
Elytraria Mich.
Barleria.
Sanchezia R. et P.
Stemodia.

Achimenes.
Petrea.
Calboa Cav.
Tamonea Aubl.
Cobea Cav.
Bignonia.
Mitraria Cav.
Jacaranda Juſſ.
Ulloa R. et P.
Citharexylon.
Incarvillea Lam.
Halleria.
Millingtonia.
Gmelina.
Tectona.
Bontia.
Maytenus Molin.
Avicennia.
Joſephinia Vent.
Cornutia.
Pourretia Herit.
Premna.
Clerodendron.
Holmſkioldia Retz.
Volkamera.
Mendozia R. et P.
Vitex.
Mecardonia R. et P.
Ovieda.
Capraria.
Xuareſia R. et P.
Teedia Rudolph.
Chaetochilus Vahl.
Gratiola.
Galipaea Aubl.
Hemimeris Thunb.
Sciuris Schreb.
Rottlera Vahl.
Scoparia?
Micranthemum Mich.
Striga Lour.
Veronica.?
Curanga Juſſ.
Wulffenia Jacqu.
Verbena.
Stachytarpheta Vhl.
Collinſonia.
Vandellia.
Manulea.
Eranthemum.
Hebenſtreitia.
Lippia.
Phryma.
Tozzia.
Gomara R. et P.
Büchnera.
Erinus.
Doraena Thunb.
Baſſovia Aubl.
Lantana.
Lepidagathis W.
Spielmannia.
Amaſonia Vahl.
Acanthus.
Blepharis Juſſ.
Lindernia.

41. ASPERIFOLIAE.

Symphytum.
Onoſma.
Cerinthe.
Borago.
Echiochilon Desf.
Echium.
Lycopſis.
Batſchia Mx.
Aſperugo.
Coldenia.
Pulmonaria.
Lithoſpermum.
Cynogloſſum.
Anchuſa.
Myosotis.
Heliotropium.
β. Tournefortia.
Meſſerſchmidia.
Cerdana R. et P.
Varronia.
Phacelia Juſſ.
Schwenkfeldia.
Aldea R. et P.
Hydrophyllum.
Ehretia.
Corteſia Cav.
Cordia.
Menais.
γ. Nolana.

42. VERTICILLATAE.

Ziziphora.
Thymus.
Satureia.
Thymbra.
Meliſſa.
Clinopodium.
Origanum.
Hyſſopus.
Lavandula.
Salvia.
Rosmarinus.
Plectranthus Herit.
Ocimum.
Elsholtzia W.
Mentha.
Hyptis Jacqu.
Nepeta.
Byſtropogon Herit.
Dracocephalum.
Rizoa Cav.
Glechoma.
Sideritis.
Cunila.
Weſtringia Sm.
Hoslundia Vahl.
Lycopus.
Amethyſtea.
Trichoſtema.
Teucrium.
Ajuga.
Melittis.
Monarda.
Lamium.
Galeopſis.
Betonica.
Stachys.
Ballota.
Marrubium.
Leonurus.
Phlomis.
Morina.
Moluccella.
Cleonia.
Coleus Lour.
Prunella.
Scutellaria.
Proſthecanthera Lb.
Praſium.

43. DUMOSAE.

Burſaria Cav.
Sideroxylon.
Bumelia Sw.
Condalia Cav.
Rhamnus.
Zizyphus Lam.
Phylica.
Samara.
Ceanothus.
Skimmia Thunb.

Othera Lam.
Büttnera.
Opelia Roxb.
Elaeodendron.
Chryſophyllum.
Polycardia Juſſ.
Hovenia Thunb.
Achras.
Laſioſtema Schr.
Prinos.
Hartogia Thunb.
Ilex.
Canthium Lam.
Haenkea R. et P.
Spermaxyron Lbill.
Evonymus.
Pilocarpus Vahl.
Rochefortia Sw.
Canſiera Roxb.
Celaſtrus.
Gloſſopetalum Sch.
Pomaderris Lbill.
Caſſine.
Curtiſia Ait.
Viburnum.
Leea Roy.
β. Sambucus?
Aquilicia Gärtn.
γ. Rhus?
Schinus.
Fagara.
Dodonaea.
Ptelea.
Blackburnia Forſt.
δ. Laſiopetalum S.
Hedycrea Schreb.
ε. Berberis.
Hamamelis.
Corynocarpus Forſt.
Sickingia W.
Jacquinia.
Carpodetus Forſt.
Gouania.
Pittoſporum Ait.
Huartea R. et P.
Scopolia Sm.
Ruyſchia Jacqu.
Barreria Schreb.
Ventilago Gärtn.
Eryce Roxb.
Cneſtis Juſſ.
Ariſtotelea Herit.

44. SEPIARIAE.
Plumbago.
Nyctanthes.
Weigela.
Jaſminum.
Liguſtrum.
Phillyrea.
Ephielis Schreb.
Olea.
Fontaneſia Lbill.
Chionanthus.
Linociera Sw.
Fraxinus.
Forſythia Vahl.
Syringa.
Camax Schreb.

45. UMBELLATAE.
Eryngium.
Arctopus.
Eriocalia Sm.
Hydrocotyle.
Azorella Commerſ.
Sanicula.
Bowleſia R. et P.
Aſtrantia.
Echinophora.
Exoacantha Lbill.
Tordylium.
Daucus.
Artedia.
Caucalis.
Haſſelquiſtia.
Cachrys.
Laſerpitium.
Ferula.
Liguſticum.
Angelica.
Imperatoria.
Heracleum.
Paſtinaca.
Thapſia.
Smyrnium.
Aegopodium.
Ammi.
Bubon.
Phellandrium.
Oenanthe.
Siſon.
Huanaca Cav.
Sium.
Coriandrum.
Aethuſa.
Cicuta.
Scandix.
Oliveria Vent.
Chaerophyllum.
Seſeli.
Anethum.
Carum.
Pimpinella.
Apium.
Cuminum.
Crithmum.
Bunium.
Conium.
Selinum.
Mulinum Perſ.
Athamanta.
Peucedanum.
Bupleurum.
Hermas
Cuſſonia.

46. HEDERACEAE.
Panax.
Aralia.
Schefflera Forſt.
Xanthoxylon.
Hedera.
Gaſtonia Juſſ.
Vitis.
Ciſſus.

47. STELLATAE.
α. Phyllis.
Steveniſia Poit.
Richardia.
Pſathura Juſſ.
Crucianella.
Spermacoce.
Sherardia.
Aſperula.
Galium.
Valantia.
Anthoſpermum.
Galopina Thunb.
Hedyotis.
Ernodea Sw.
Knoxia.
Opercularia Gärtn.
Diodia.
Mattuſchkea Schrb.
Rubia.
Hofmannia Sw.
Fraſera Gmel.
β. Ophiorrhiza.

Coproſma Forſt.
Spigelia.
Rouſſea Sm.
Houſtonia.
Siphonanthus Schb.
Oldenlandia.
Frölichia W.
Pyroſtria Lam.
γ. Coffea.
Cunninghamia Sch.
Pſychotria.
Coccocypſelum Sw.
Gloſſoma Schreb.
Cornus.
Chomelia Jacqu.
Ixora.
Gonzalea R. et P.
Higginſia R. et P.
Pavetta.
Melicope Forſt.
δ. Carapa Aubl.
48. AGGREGATAE.
α. Statice.
β. Embothrium.
Empleurum Ait.
Diosma.
Staavia Thunb.
Brunia.
Bumalda Thunb.
Bankſia.
Gumillea R. et P.
Hakea Cav.
Lambertia Sm.
Protea.
Conoſpermum Sm.
Adenanthes Lbill.
Globularia.
Rupala.
Perſoonia Sm.
Quadria R. et P.
Manettia Sw.
Brabeium.
Selago.
Callicarpa.
Buddlea.
Cephalanthus.
Nauclea.
Dipſacus.
Codia Forſt.
Scabioſa.
Knautia.
Allionia.
γ. Valeriana.
Fedia Gärtn.
Piſonia.
Boerhaavia.
Tripterella Mx.
Circaea.
Buginvillea Lam.
δ. Lonicera.
Codonium Rohr.
Chiococca.
Aegiphila.
Trioſteum.
Siderodendron Vhl.
Vanguiera Juſſ.
Petitia Jacqu.
Myonima Juſſ.
Wallenia Sw.
Mitchella.
Linnaea.
Morinda.
Canephora Lam.
Bertiera Vahl.
Cephaëlis Sw.
Schradera Vahl.
Horsfieldia W.
Conocarpus.
Loureira Cav.
Scoloſanthus Vahl.
Loranthus.
Chimarrhis Jacqu.
Litſaea Juſſ.
Viſcum.
Eurya Thunb.
49. COMPOSITAE.
α. *Capitata.*
Cardopatum Perſ.
Gundelia.
Echinops.
Sphaeranthus.
Siloxerus Lbill. (Stylolocerus)
Arctium.
Serratula.
Liatris Schreb.
Vernonia Schreb.
Carduus.
Cnicus.
Onopordon.
Cynara.
Atractylis.
Acarna W.
Onoſeris W.
Stokeſia Herit.
Stobaea Thunb.
Barnadeſia.
Joannea W.
Rolandra Sw.
Carthamus.
Berkheya Ehrh.
Muſſinia W.
Gorteria.
Centaurea.
Zoegea.
Pteronia.
Cephalophora Cav.
Elephantopus.
β. *Semifloſculoſae.*
Scolymus.
Cichorium.
Catananche.
Lapſana.
Rhagadiolus Tourn.
Zacyntha Tourn.
Hypochoeris.
Hedypnois Tourn.
Hyoſeris.
Seriola.
Krigia.
Crepis.
Tolpis Gärtn.
Picris.
Helminthia.
Thrincia Roth.
Apargia Scop.
Leontodon.
Triptilion Ruiz.
Hieracium.
Rothia Schreb.
Andryala.
Prenanthes.
Chondrilla.
Lactuca.
Sonchus.
Scorzonera.
Tragopogon.
Arnopogon W.
Geropogon.
γ. *Diſcoideae.*
Spilanthes.
Bidens.
Lavenia Schreb.
Cacalia.
Kleinia Jacqu.
Ethulia.

Mikania W.
Piqueria Cav.
Humea Sm.
Eupatorium.
Kuhnia.
Ageratum.
Podoſperma Lbill.
Stevia Cav.
Hymenopappus Hér.
Stähelina.
Haynea W.
Lachnoſpermum W.
Chryſocoma.
Calla.
Caeſulia Roxb.
Santolina.
Balſamita Deſf.
Athanaſia.
Pentzia Thunb.
Acicarpha Juſſ.
Jungia.
Oedera.
Brotera Spreng.
Noccaea W.
Lagaſca Cav.
Naſſavia Lam.
Boopis Juſſ.
Calycera Cav.
Tetranthus Sw.

ƨ. *Radiatae.*

Cotula.
Tanacetum.
Hippia.
Artemiſia.
Gnaphalium.
Elichryſum Tourn.
Xeranthemum.
Podolepis Lbill.
Denekia Thunb.
Carpeſium.
Baccharis.
Conyza
Madia Molin.
Erigeron.
Tuſſilago.
Senecio.
Cineraria.
Aſter.
Solidago.
Pſiadia Jacqu.
Mutiſia.
Georgia W.
Inula.
Rhanterium Deſf.
Arnica.
Doronicum.
Ximeneſia Cav.
Perdicium.
Helenium.
Bellis.
Bellium.
Schlechtendalia W.
Böbera W.
Tagetes.
Heteroſpermum Cv.
Schkuhria Roth.
Pectis.
Leyſſera.
Roſenia Thunb.
Relhania Herit.
Zinnia.
Chrysanthemum.
Pyrethrum Sm.
Boltonia Herit.
Lidbekia Berg.
Matricaria.
Anacyclus.
Anthemis.
Oſmites.
Sanvitalia Cav.
Lapeirouſia Thunb.
Achillaea.
Actinaea Juſſ.
Tridax.
Balbiſia W.
Amellus.
Starkea W.
Columellia Jacqu.
Eclipta.
Siegesbekia.
Phaëthuſa Gärtn.
Verbeſina.
Othonna.
Paſcalia Orteg.
Galinſogea R. et P.
Buphthalmum.
Arctotis.
Helianthus.
Arctotheca Wendl.
Rudbekia.
Galardia Lam.
Tithonia Deſf.
Coſmea Cav.
Coreopſis.
Guardiola Humb.
Flaveria Cav.
Didelta Herit.
Millera.
Baltimora.
Polymnia.
Trixis Sw.
Unxia.

ε. *Nucamentaceae.*

Tarchonanthus.
Stoebe.
Seriphium.
Filago.
Micropus.
Iva.
Parthenium.
Ambroſia.
Franſeria Cav.

ζ. Calendula.

Oſteoſpermum.
Silphium.
Sclerocarpus Jacqu.
Wedelia Willd.
Chryſogonum.
Melampodium.
Silphium.

η. Xanthium.

Strumpfia.

50. AMENTACEAE.

Salix.
Populus.
Myrica.
Betula.
Carpinus.
Oſtrya Tour.
Fagus.
Quercus.
Corylus.
Liquidambar.
Platanus.
Piſtacia.
Cynomorium ?

51. CONIFERAE.

Altingia Nor.
Ephedra.
Caſuarina.
Taxus.
Podocarpus Herit.
Juniperus.
Cupreſſus.
Thuia.
Pinus.

Araucaria R. et P.
52. COADUNATAE.
Xylopia.
Mollinedia R. et P.
Annona.
Hydropeltis Mx.
Unona.
Nelumbium W.
Uvaria.
Porcelia Mx.
Michelia.
Dillenia.
Magnolia.
Candoliea Lbill.
Illicium.
Ochna Sw.
Hydraſtis.
Liriodendron.
53. SCABRIDAE.
Cecropia.
Artocarpus.
Ficus.
Dorſtenia.
Elaroſtema Forſt.
Olmedia R. et P.
Parietaria.
Procris Commerſ.
Böhmeria Jacqu.
Urtica.
Brouſſonetia Vent.
Morus.
Ulmus.
Planera Mx.
Celtis.
Boſea.
Acnida.
Gunnera.
Acharia Thunb.
Cannabis.
Humulus.
Forskolea.
54. MISCELLANEAE.
55. FILICES.
α. Acroſtichum.
Meniſcium Sw.
Hemionitis.
Grammitis Sw.
Polypodium.
Aspidium Sw.
Athyrium Roth.
Mertenſia Sw.
Cyathea Sm.
Asplenium.
Todea W.
Caenopteris Berg.
Scolopendrium Sm.
Diplazium Sw.
Lonchitis.
Pteris.
Taenitis W.
Vittaria Sw.
Blechnum.
Woodwardia Sm.
Lindſaea Sm.
Danaea Sm.
Marattia Sm.
Angiopteris Hofm.
Adiantum.
Cheilanthes Sw.
Davallia Sm.
Dickſonia Sm.
Gleichenia Sm.
Trichomanes.
Hymenophyllum S.
β. Onoclea.
Osmunda.
Anemia Sw.
Mohria Sw.
Schizaea Sm.
Lygodium.
Botrychium Sw.
Ophioglоſſum.
γ. Lycopodium.
Tmeſipteris Bernh.
Equiſetum.
δ. Azolla W.
Iſoëtes.
Pilularia.
Marſilea.
Salvinia.
56. MUSCI.
Phaſcum.
Schiſtoſtega Web.
Sphagnum.
Gymnoſtomum Hw.
Tetraphis Hedw.
Andreaea Ehrh.
Octoblepharum Hw.
Splachnum.
Encalypta Hedw.
Grimmia Hedw.
Maſchalocarpus Spr.
Conoſtomum Sw.
Dicranum Hed.
Trichoſtomum Hw.
Coſcinodon Spr.
Polytrichum.
Didymodon Hedw.
Barbula Hedw.
Diphyſcium Web.
Orthotrichum Hed.
Neckera Hedw.
Timmia Hedw.
Climacium Web.
Meeſia Hedw.
Leskea Hedw.
Bartramia Hedw.
Mnium.
Bryum.
Hypnum.
Cinclidium Sw.
Fontinalis.
Buxbaumia.
Funaria Hedw.
57. HEPATICAE.
Jungermannia.
Marchantia.
Anthoceros.
Targionia.
Sphaerocarpus.
Blaſia.
Riccia.
58. ALGAE.
Conferva.
Fucus.
Ulva.
Rivularia Roth.
Linkia.
Tremella.
59. LICHENES.
Endocarpon Hedw.
Thelotrema.
Urceolaria.
Lecidea Achar.
Opegrapha Perſ.
Calicium.
Iſidium.
Gyrophora.
Trypethelium Spr.
Verrucaria Ach.
Sphaerophoron Ach.
Baeomyces.
Stereocaulon.
Uſnea.
Cornicularia.
Parmelia.

Sticta.
Peltidea.
Cetraria.
60. GASTROMYCETES.
Sphaeria.
Stilboſpera.
Nemaſpora.
Tubercularia.
Hyſterium.
Xyloma.
Sclerotium.
Piſolithus Albert. et Schwein.
Tuber.
Pilobolus.
Thelebolus.
Sphaerobolus.
β. Batarrea.
Tyloſtoma.
Geaſtrum.
Boviſta.
Lycoperdon.
Scleroderma.
Lycogala.
Fuligo.
Spumaria.
Diderma.
Phyſarum.
Trichia.
Arcyria.
Stemonitis.
Röſtelia Rebent.
Cribraria.
γ. Licea.
Tubulina.
Chaenocarpus Reb.
Onygena.
Aecidium.
Uredo.
Puccinia.
Trichoderma.
Conoplea.
δ. Cyathus.
61. FUNGI.
α. Amanita.
Agaricus.
Merulius.
Daedalea.
Boletus.
Siſtotrema.
Hydnum.
β. Clathrus.
Phallus.
γ. Thelephora.
Meriſma.
Clavaria.
Geogloſſum.
Spathularia.
Leotia.
Helvella.
Morchella.
Helotium.
Stilbum.
Aegerita.
Peziza.
Aſcobolus.
62. BYSSOIDEI.
Mucor.
Aſcophora.
Periconia.
Iſaria.
Ceratium Albert.
Monilia.
Dematium.
Erineum.
Racodium.
Himantia.
Hyphaſma Rebent.]

III. PLANTAE.

78. VEGETABILIA comprehendunt Familias VII: *Fungos*, *Algas*, *Muſcos*, *Filices*, *Gramina*, *Palmas*, *Plantas*.

[*Arbores* trunco unico lignoso: *frutices* truncis pluribus lignoſis: *ſuffrutices* truncis ſublignoſis quotannis fere ſupra radicem pereuntibus: *herbae* reliquae dicuntur: vel *annuae* vel *biennes*.

Sed diſtinctio non eſſentialis, cum transeant.

De FABRICA VEGETABILIUM, a Linnaeo ignorata, ſequentia propono, quae explorata habeo;

1. Nulla forma fabricae vegetabilis adeo generalis eſt, ut ad omnes familias traducta in iisdem inveniatur. Inconſpicua in gaſtromycis et byſſis, granuloſo-tubuloſa in conſervis, fibrilloſo-tubuloſa et cellularis in fungis et fucis, fibroſo-cellularis in lichenibus, celluloſa in muſcis et hepaticis, granuloſo-cellularis in najadibus *Juſſ.*, duplicato-cellularis in typhis, juncis et cyperoideis, ſcalaribus vaſis et intertextis cellulis compoſita in filicibus, pteroidibus et palmis, e vaſis ſpiralibus et ſcalaribus circulari modo et radiali contextui celluloſo medullari et corticali interpoſitis in dicotyledonibus plerisque.

2. Cellularis contextus formam fere primariam conſtituit, quae in plerisque ſaltem vegetabilibus obvia, organico modo granulis, ex humoribus praecipitatis, originem debet. Granula ea in piperum humoribus et najadum cellulis manifeſta, a *Trevirano* nuper egregie velut rudimenta cellularum defenduntur: licet *Linkio* credendum ſit, ſaepe ab amylo praecipitato haec granula formari. Conf. t. IX. f. 25.

3. Cellularum parietes tenerrimi pervii quidem neceſſario ſunt, neque tamen poroſa eorum indoles mihi etiamnum manifeſta eſt in ipſo contextu: ſemetipſos ubique haud contingunt, interſtitia interdum linquunt, quae ſcatere humoribus propriis arbitratur *Treviranus*. Tantum tamen abeſt, ut ea interſtitia ubique reperiantur, ut potius rariora ſint. Quae epidermidem attingunt parietes, nonnunquam ſerpentino modo flectuntur, quod in Helleboris et filicibus conſtans eſt. Ab *Hedwigio* pro vaſis lymphaticis epidermidis habiti, id tamen eſſe nequeunt, quum, licet diametrum aliquam omnino quandoque habeant, haec tamen potius a duplicata pendat membrana, quae parietem conſtituit.

4. Manifeſtus eſt aditus ad celluloſum opus in epidermide corticis viridis perfectiorum plantarum. Adſunt enim *orificia abſorbentia* in area ipſa cellularum, glanduloſo margine coronata, quae particulas atmoſphaerae acceptas et mutatas celluloſo operi committunt (Tab. IX. fig. 23.). Plerumque faciem inferiorem foliorum occupant, adſunt tamen etiam in ſuperiore natantium eorumque foliorum, quae ſubtus den-

ſe tomentoſa ſunt, dein in ſuperficie calycis ipſiusque corollae (*Rudolphi*) et caulium ramorumque viridium: deſunt in najadibus, muſcis et hepaticis, ceteriſque imperfectioribus. Harum quidem tela cellularis adeo pervia eſſe videtur, ut nullorum egeat orificiorum peculiarium.

5. Spiralia vaſa, e fibrillis ſpiratim tortis, modo ſimplicibus modo duplicibus compoſita, nec tubum continuum includentia, (*Hedwig*) nec a tubo eo incluſa (*Bernhardi*) ſed celluloſo opere cincta (tab. IX. fig. 26. tab. IV. f. 27.) motum humorum adſcendentium et fluidorum elaſticorum potenter promovent. Oriuntur ea, *Trevirano* demonſtrante, e corpuſculis vermicularibus, quae variae continent cotyledones. Abeunt nonnunquam, quod equidem oſtendi, in eadem, quae *Bernharduis* perperam pro antheris filicum habuit.

Fibrillae ſpiratim tortae ipſae haud cavae ſunt, ſed circuitibus ſuis cavum id formant, quod undique pervium humoribus attractis aditum ad ambeuntes cellulas praebet (*Comparetti*). Succeſſu autem temporis latera ejus vaſis concreſcunt, ut ſolae rimae transverſae ſuperſint, quo quidem ſtatu *vaſa ſcalaria* dicuntur (tab. IX. fig. 18.). In graminibus et cyperoideis ſpirae in annulos abeunt (tab. IX. f. 18.).

6. Vaſa ſcalaria in quibusdam familiis, graminum, cyperoidearum, filicibus et palmis, multo frequentiora ſpiralibus, a prima inde iuventute vegetabilis fere praeſentia, formam interdum ſingularem exhibent, laminarum nimirum tortarum rimisque numeroſis foratarum, quae in tenerrima infantia Polypodii aurei devolvi poſſunt.

Ambigitur, abeantne vaſa ſcalaria tandem in vaſa punctata, quae itaque poroſa dici poſſent, an haec cellulae potius ſint protenſae, granulis illis n. 2. ad parietes depoſitis. Haud inficiamur, cellulas protenſas ſepta quandoque transverſa omittere, adeoque poſſe tubulos ſiſtere continuos, qui *peculiarium vaſorum* nomine a nonnullis inſigniuntur, dum maxime in Coniferis occurrunt. Eſſe tamen ad operis celluloſi genus referendos hos tubos, patet e Jungermanniarum pedunculis fructiferis tenerrimis, patet e Confervarum fabrica, quarum tubuli, ſeptis diſtincti, tamen continui ſunt.

In imperfectioribus plantis, in muſcis hepaticis, et najadibus, quibus deſunt vaſa ſpiralia, eorum vices implent tubuli ſeu cellulae protenſae, quarum ope humores adſcendunt.

7. Vaſa ſpiralia varium locum obtinent in variis plantarum familiis. In graminum, cyperoidearum et palmarum familia parallela percurrunt ab epidermide ad axin culmum et ſtipitem, parallela manent in ipſis foliis. In filicibus fere medium ſtipitem occupant, ut tamen plerumque faſciculis duriuſculis ambeant medullam mollem, cingantur vero cortice. In plerisque aliis plantis et arboribus circulari modo medullam ambeunt, cincta iterum a cortice et libero.

De OECONOMIA vegetabilium perfectiorum CHEMICA ſequentia nobis nota ſunt:

1. Acidum carbonicum aqua ſolutum eſt primarium plantarum nutrimentum. Radicibus id attrahunt: epidermidis orificiis abſorbent, abundante ſimul oxygene (*Sauſſure*). Ex eo acido carbonico formantur pleraque acida vegetabilia, ii valde adfinia et arte demum in id mutanda:

a. acidum	gallarum	libera in ſuccis plantarum.
b.	benzoicum	
c.	citricum	
d.	malicum	
e.	tartaricum	alcalinis et calci ſemper nupta.
f.	oxalicum	
g.	muci	ſola acidorum metallicorum aut ſola fermentatione elicienda.
h.	aceticum	

2. Baſes, quibus ea adhaerent acida, ſunt calx, ammonium, ſoda et kali. Quae quomodo oriantur, etiamnum latet: de ammonio ſolo conſtat et hydrogene et azoto conflari: minoris tamen id momenti in vegetabilium oeconomia eſſe videtur. Cum his baſibus conſtituuntur ſales, qui ſolida cryſtallorum forma nonnunquam in humoribus microſcopio deteguntur. Abundant ii ſales tum in muco oxydato, tum in extractivis gummoſis ſubſtantiis.

3. Quae in his deponi nequit oxygenis abundantia, adſcendit ad folia, e quorum ſuperficie, ope luminis ſolaris elicitur, ſumma providentiae ſapien-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] PARTES. [illegible] Radix, Herba, Fructificatio.

[illegible] vegetabilibus eadem [illegible], nec [illegible]

[illegible] Confervae. [illegible]

[illegible] Fungi et Conſervae.

Fructificationum ſpecies quaedam. ſeu corpuſcula, quibus [illegible] propagari videtur. aſſunt in omnibus, quotquot ad hunc uſque diem inveſtigavimus: exceptis fere paucis Byſſoidibus.

Diſtributio partium fabricam vegetabilium conſtituentium varia eſt pro varia eorundem natura.

1. Plantae perfectiores, arbores pleraeque noſtrates, frutices et herbae *truncum* habent. cujus centrum *medulla* replet, veſtita *ligno*, orto ex *Alburno*, ſuccedente a *Libro*, orto e *Cortice*, inducto *Epidermide*.

Lignum creſcit, dum novi quotannis radii Libri et Alburni verſus medullam protruduntur, ſimul vero in ambitu nova vaſorum ſcalarium aut ſpiralium

ſtrata apponuntur. Id praeprimis nuper *Linkius* egregie expoſuit p. 148. ſ. tab. v. f. 58-65. Differt Lignum, medullae proximum, ab Alburno, maxime áetate, quae fabricam ipſam ita mutat, ut vaſa ſpiralia vel ſcalaria propemodum coaleſcant et impervia fiant, ut cellulae protenſae indies magis obrigeſcant et ſolideſcant, depoſito muco ſicco ſeu faecula, ut tubuli cellulares radiales, quae a peripheria centrum petunt, quotidie duriores fiant et nomine *ſpecularium* fibrarum tandem inſigniantur.

Medulla, prima ramuli aut plantulae juventute, viridis, ſuccis plena, dein vel effoeta, ſicca fit et humoribus orba, vel a ligno adeo coarctatur, ut cum ipſo, ope cellularum radialium concreſcat.

Cortex librum producit, e ſolis cellulis protenſis ſolideſcentibus compoſitum. Librum et alburnum intereſt ſpatiolum, per quod deſcendunt humores, nondum perfecte elaborati ſeu peculiares, quos *cambii* nomine complectitur poſt *Hamelium Mirbelius*. Ex eo cambio nova producitur ſubſtantia, quae inter librum et alburnum fere ſemper propullulat.

Ubi truncus in ramos dividitur, ubi novae oriuntur *gemmae*, intima conſpicitur coagmentatio fibrarum alburni et cellularum medullarium et corticalium, quam ſeptorum medullarium nomine inſignivit *Medicus*. Vaſa alburni ſpiralia et ſcalaria iterum abeunt in corpuſcula vermiformia, intertexta granulis et globulis, rudimentis cellularum.

Ex his tuberculis nec, ut *Linnaeus* putabat, e medulla ſola oriuntur *Gemmae*.

2. Palmae, gramina et cyperoideae, Junci, Aſphodeli, Aſparagi, Lilia, Orchideae et Hydrocharides tali modo partes ſtipitis et culmi diſtributa non habent. Faſciculi vaſorum ſcalarium paralloli per totum culmum aut ſtipitem a peripheria ad centrum uſque adſcendunt, interpoſito textu cellulari, relicto tamen ad axin tubo medullari.

3. In muſcis et hepaticis praeter laxum opus celluloſum et cellulas protenſas nil animadvertitur.]

Herbae compendium Gemma eſt et extenditur in infinitum, donec Fructificatio imponat ultimum terminum antiquae vegetationi.

Vegetabile omne a Radice propagatur continuando.
Fructificatio omnis e Radice per Herbam producta.
Terminatur omne vegetabile Fructificatione, alioquin vix ceſſaret creſcere.
Nova *creatio* nulla; ſed *continuata* generatio, cum *Corculum* ſeminis, [magis autem gemmae conſtet partibus maternis.

A. SUPERFICIES partium nuditatem complectitur aut tegumentum quodcunque.

1. *Laevis,* contraria omni tegumento.
2. *Glabra,* contraria pilorum cuiusvis generi.
3. *Nitida,* glaberrima.
4. *Lucida, Splendens,* glaberrima cum relucente lumine ſolari.
5. *Punctata,* punctulis non elevatis aut excavatis conſpicua aut glandulis pellucentibus.
6. *Scabra,* punctulis tactu percipiendis.
7. *Aſpera,* punctis aut corpuſculis elevatis tactu et viſu percipiendis.
8. *Pubeſcens,* pilis brevibus mollibus ſparſis.
9. *Piloſa,* pilis longioribus mollibus paullum curvatis.
10. *Villoſa,* pilis longioribus albis mollibus confertis (Tab. VIII. fig. 12.).
11. *Sericea,* pilis ſplendentibus ad ſuperficiem appreſſis.
12. *Lanata,* pilis longioribus confertiſſimis vario modo flexis, ſingulis tamen diſtinguendis (T. VIII. f. 5.).
13. *Tomentoſa,* pilis confertiſſimis adeo contortis ut nec ſinguli nec ſuperficies diſtingui poſſit (T. I. f. 32. VIII. f. 1.).
14. *Hiſpida,* pilis brevibus rigidiuſculis.
15. *Hirſuta,* pilis longioribus rigidiuſculis.
16. *Hirta,* pilis longiſſimis rigidis.
17. *Strigoſa,* ſetis longioribus e bulbo provenientibus (T. VIII. f. 2.)
18. *Barbata,* pilis e puncto ſtellatis (T. I. f. 34.)
19. *Muricata,* aculeis breviſſimis mollioribus (T. VIII. f. 3.).
20. *Papilloſa,* verruculis obſita (T. VIII. 6.).
21. *Papuloſa,* veſiculis obſita.

22. *Glu-*

22. *Glutinoſa*, ſubſtantia tenaci obtecta, quae detergi poteſt.
23. *Viſcida*, ſubſtantia tenaciſſima obducta.
24. *Lepidota*, ſquamulis appreſſis tecta (T. V. f. 21.)
25. *Striata*, lineolis ſuperficialibus notata.

80. RADIX (79) alimentum hauriens, Herbamque (81) cum Fructificatione (IV) producens, componitur *Medulla*, [Medulla radicum plerumque obſoleta] *Ligno*, *Libro*, *Cortice*; conſtatque *Caadice et Radicula*.

A, *Radicula* eſt pars Radicis fibroſa, in quam terminatur Caudex deſcendens, et qua Radix nutrimentum haurit pro vegetabilis ſustentatione. [Radicularum organa, quibus humores attrahunt, ſunt *tubulli capillares*, in germinantibus ſeminibus facile obſervandi, aut *calyptraeforme* tegmen, quo apex radicularum graminum, palmarum, filicum et najadum veſtitur.]

B *Caudex deſcendens* ſub terra ſeſe ſenſim ſubducit, et Radiculas (*A*) profert, a Botanicis ex varia ſtructura variis nominibus diſtinctus.

1. *Perpendicularis*, quae recta deſcendit.
2. *Horizontalis*, quae ſub terra transverſim extenditur; *Iris*.
3. *Simplex*, quae non ſubdividitur.
4. *Ramoſa*, quae in laterales ramos dividitur.
5. *Fuſiformis*, quae oblonga, craſſa, attenuata; ut *Daucus*, *Paſtinaca*, [*Sinapis*.]
6. *Tuberoſa*, quae ſubrotundis conſtat corporibus in faſciculum collectis: *Paeonia*, *Hemerocallis*, *Helianthus*, *Solanum*, *Filipendula*, [*Orchides variae* Cf. §. 85. tab. VI. f. 15.).]
7. *Repens*, quae longe excurrit et radiculas hinc inde demittit; [*Triticum repens*, *Oxalis laciniata* (t. V. f. 25.).]
8. *Fibroſa* conſtat tantum Radiculis fibroſis.
9. *Praemorſa*, quae deorſum truncata eſt, nec attenuato apice terminatur; ut *Scabioſa*, *Plantago*.

C, *Caudex aſcendens* ſupra terram ſenſim ſe elevat, gerens ſaepius vices Trunci, Herbamque (81) profert.

Arbores Fruticesque omnes itaque ſunt Radices ſupra terram.

Ergo Arbor verticaliter inverſa, e caudice deſcendente, fert Folia, ex adſcendente Radiculas. [Cf. *du Hamel* phyſique des arbres, liv. I. ch. 5. p. 91.]

81. HERBA (79) eſt vegetabilis pars, orta a Radice (80), terminata fructificatione (86), comprehenditque *Truncum*, *Folia*, *Fulcra*, *Hybernaculum*.

Truncus multiplicat herbas, et immediate a Radice ad Fructificationem ducit, veſtitus Foliis, terminatus Fructificatione.

Folia transſpirant et adtrahunt (uti Pulmones in Animalibus), umbramque praebent.

Fulcra adminicula ſunt, quibus licet privata, planta raro perit.

Hybernaculum eſt Herbae compendium ſuper radicem (80) antequam excreſcit.

82. TRUNCUS (81) Folia et Fructificationem profert; Species ejus ſunt VI: *Caulis*, *Culmus*, *Scapus*, *Pedunculus*, *Petiolus*, *Frons*, *Stipes*: at *Ramus* pars eſt.

A. *CAULIS*, Truncus proprius herbae, elevat Folia Fructificationemque.

a. *Simplex* continuata ſerie verſus apicem extenditur.

[α. Secundum diviſionem.

1. *Simpliciſſimus*, ſine ullis: *ſimplex*, ſine magnis et pluribus ramis.
2. *Integer*, ſibi ſimilis ad apicem uſque, ut non *deliqueſcat*.
3. *Ramoſus*.
   a. Ramis *dichotomis*, ſemper furcatis.
   b. *alternis* vel *oppoſitis*.
   c. *ſparſis*, ſine ordine, ſ. *ſubdiviſus*.

d. Ramis *diſtichis*, ut oppoſiti rami planum faciant.

e. *virgatis*, tenuibus nudiuſculis longiſſimis.

f. *confertis*, arcte truncum obſidentibus.

g. *faſtigiatis*, inferioribus elongatis ut cum ſuperioribus planum efficiant.

h. *erectis*, angulo 15-20°
patentibus — 45°
divergentibus — 90°
divaricatis — 135°
reflexis — 160-165°, ad axin trunci (Tab. III. fig. 20.).
decuſſatis aut *brachiatis*, utrinque divergentibus.

β. Secundum directionem.

1. *Erectus*, non multum aberrans a linea perpendiculari.
2. *Strictus*, omnino verticalis et rectiſſimus.
3. *Rigidus*, rectus ſimulque fragilis.
4. Apice *cernuus*, paullo verſus latus curvatus (T. III. f. 19.).
5. *nutans*, horizontem ſpectans.
6. *pendulus*, cujus apex verticaliter dependet.
7. *Procumbens*, *proſtratus*, humum legens continuo.
8. *Decumbens*, a radice paullum erectus, dein deflexus ad terram (T. VIII. f. 14.). *Declinatus*, ad terram flexus, ut convexus ſit ſupra (T. VIII. f. 10.).
9. *Adſcendens*, baſi procumbens, dein erectus (T. VIII. f. 7.).
10. *Repens*, proſtratus, ſubtus radicibus refertus (T. V. f. 25.).
11. *Sarmentoſus*, interſtitiis repens (T. III. f. 4.).
12. *Scandens*, aliis corporibus ſemet ſuſtentans.
13. *Radicans*, ſcandens radicibus hinc inde exſertis.
14. *Volubilis*, ſpiraliter adſcendens ad corpora aliena.

ſiniſtrorſum ☾ ſecundum ſolem vulgo: *Humulus.*

dextrorſum ☽ contra ſolis motum vulgo: *Convolvulus, Phaſeolus.*

15. *Flexuoſus,* horſum vorſum verſus (T. V. f. 1.).

γ. Secundum figuram.

1. *Teres,* cujus ſectio transverſa orbicularis: *Teretiuſculus, Semiteres.*
2. *Compreſſus,* utroque latere planus.
3. *Anceps,* utroque angulo acutus (T. II. f. 20.).
4. *Angulatus,* lateribus excavatus, angulis acutiuſculis (Tab. VI. fig. 31.).
5. *Sulcatus,* parallelis ſulcis cavatus, angulis obtuſiuſculus (Tab. VI. fig. 32.)
6. *Triqueter,* lateribus planus, angulis acutus (T. II. f. 23.). *Tetraqueter* (T. VIII. f. 12.).
7. *Trigonus,* lateribus planus, angulis obtuſus (Tab. II. fig. 25.). *Tetragonus.*
8. *Alatus,* utrinque membrana aut ſubſtantia foliacea inſtructus (Tab. VI. fig. 14.).
9. *Nodoſus,* geniculis protuberantibus.
10. *Geniculatus,* geniculis non protuberantibus (Tab. V. fig. 1.)
11. *Articulatus,* geniculis contractis (Tab. V. f. 28.).

δ. Secundum foliorum praeſentiam.

1. *Nudus,* omnibus foliis, ſquamis etc. deſtitutus. *Aphyllus,* ſine foliis.
2. *Folioſus,* foliis inſtructus]

B. CULMUS, Truncus proprius *Gramini* (78), elevat Folia Fructificationemque: Species ſervat caulis quam plurimas.

C. SCAPUS, Truncus univerſalis, elevans Fructificationem, nec Folia [plerumque radicalis (T. III. f. 2.). *Pinguicula,*] *Narciſſus, Pyrola, Convallaria, Hyacinthus.*

D. PEDUNCULUS, Truncus partialis, elevans Fructificationem nec Folia.

Pedicellus eſt Pedunculus partialis.

Determinatur Loco, aut Modo.

Loco, quo plantae inſeritur baſi.

1. *Radicalis,* qui e radice immediate exit.

2. *Caulinus*, qui cauli inſidet.
3. *Rameus*, qui e ramis exit.
4. *Axillaris*, ex ala, ſcilicet inter folium et caulem, aut inter ramum et caulem.
5. *Terminalis*, qui ramos vel caulem terminat.
6. *Solitarius*, qui unicus eſt in loco.
7. *Sparſi*, ubi plures abſque ordine progeruntur.

Modo, quo flores gerit et connectit ſummitate.

8. *Uniflorus*, *Biflorus*, *Triflorus* etc. *Multiflorus*, ſecundum numerum fructificationum in ſingulo pedunculo.
9. *Faſciculus* colligit flores erectos, parallelos, faſtigiatos, approximatos: *Dianthus barbatus* (Tab. VIII. f. 12.).
10. *Capitulum* conſtat floribus plurimis in globum ferme congeſtis: *Gomphrena*. [*Eryngium*.]
11. *Spica*, flores ſeſſiles ſparſi alterni in pedunculo communi ſimplici.
    Secunda, floribus ad unum idemque latus verſis.
    Diſticha floribus ad utrumque latus ſpectantibus.
12. *Racemus* pedunculo ramis lateralibus ſimplicibus conſtat: *Vitis*, *Ribes*.
13. *Corymbus* fit e racemo dum rami inferiores prolongantur, ſuperiores abbreviantur, ſitu elevato proportionali: *Siliquoſae*.
14. *Panicula* fructificatio ſparſa in pedunculis diverſe ſubdiviſis.
    Diffuſa cum divaricantur pedicelli.
    Coarctata cum Pedicelli approximantur.
15. *Thyrſus* panicula eſt coarctata in formam ovatam: *Syringa*, *Petaſites*.
16. *Verticillus* (T. VI. f. 29.) fit ex floribus ſubſeſſilibus, caulem annulatim ambientibus.

[17. *Umbella*, pedunculi ſimplices fere aequales longitudine ex uno puncto orientes (T. VI. f. 26.).
18. *Cyma*, pedunculi nec ſimplices nec ex uno orientes puncto, umbellam tamen mentientes (Tab. VIII. f. 11.).
19. *Amentum*, ſpecies ſpicae, ſquamulis partes fructificationis diſtinguentibus (Tab. III. f. 21.).
20. *Spadix*, pedunculus communis e ſpatha oriens (Tab. VII. f. 12.).]

E. *PETIOLUS*, Trunci ſpecies, adnectens folium, nec Fructificationem.

F. *FRONS*, Trunci ſpecies, [filicibus, palmis et fucis propria in ſubſtantiam foliaceam tranſiens.]

G. *STIPES* baſis Frondis eſt.

[Sustentaculum gaſtromycetum et fungorum eodem modo appellatur.

H. *SETA*, pedunculus muſcis et hepaticis proprius.

I. *PODETIUM*, pedunculus lichenibus quibusdam peculiaris (Tab. VIII. f. 233.).

K. *THALLUS*, eſt ſubſtantia ſubfoliacea tartarea verrucoſa fruticuloſa, lichenibus peculiaris.

L. *STROMA*, eſt ſubſtantia mollis aut dura gaſtromycetis peculiaris, cui peridium inſidet (T. IX. f. 24.).]

83. FOLIUM (81) conſideratur ſecundum *Simplicitatem*, *Compoſitionem* aut *Determinationem*.

A. SIMPLEX eſt, cum Petiolus gerit unicum folium et differt hoc *Circumſcriptione*. *Angulis*, *Margine*, *Superficie*, *Apice*, *Subſtantia*.

a, Circumſcriptio conſiderat peripheriam abſque ſinubus et angulis.

1. *Orbiculatum* (T. I. f. 9.), cujus diameter longitudinalis et transverſalis aequales, peripheria circinata.
2. *Subrotundum*, cujus figura orbiculato (1) proxime accedit.
3. *Ovatum* (T. II. f. 8.), cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice vero eodem anguſtiore.
4. *Ovale* ſ. *Ellipticum* (T. II. f. 1.), cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, ſuperiore et inferiore extremitate anguſtiore.
5. *Parabolicum* (T. I. f. 2.), cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem et a baſi ſurſum anguſtatur in ſemiovatum.
6. *Spathulatum* (T. I. f. 3.), cujus apex ſubrotundus, baſi anguſtiore lineari elongata.

7. *Oblongum* (T. I. f. 10.), cujus diameter longitudinalis aliquoties ſuperat transverſalem, [extremitates inaequales.]

[8. *Rhombeum* (T. I. f. 5.), quod rhombum exprimit.

9. *Panduraeforme* (T. I. f. 13.) oblongum, utrinque ſinuatum.

10. *Enſiforme* (T. I. f. 11.) oblongum margine altero convexo, altero concavo.

11. *Flabelliforme* (T. I. f. 23.) obovatum, apice lato convexo.

12. *Trapeziforme* (T. I. f. 21.), quod trapezium exprimit.]

13. *Lanceolatum* (T. I, f. 12.), eſt oblongum ſenſim verſus extremitatem attenuatum.

14. *Lineare* (T. II. f. 12.) eſt aequali ubique latitudine, interdum utraque extremitate tantum anguſtatur.

15. *Aceroſum* eſt lineare (14) perſiſtens; ut in *Pino, Junipero, Taxo.*

[16. *Capillare* lineare nulla fere diametro (T. VIII. f. 9.).]

17. *Triangulare* (T. II. f. 21.), cum tres anguli prominentes ambiunt diſcum.

b. Sinus diſcum folii in partes ſecant.

[18. *Integrum* partibus deſtitutum.

19. *Angulatum* partibus prominentibus.]

20. *Fiſſum* (T. I. f. 19.) eſt diviſum ſinubus linearibus marginibusque rectis.

Bifidum, Trifidnm, Quadrifidum, Quinquefidum etc. *Multifidum*, a numero hujus.

21. *Lobatum* eſt diviſum ad medium in partes diſtantes, marginibus convexis.

Bilobum, Trilobum (Tab. II. f. 11.), *Quadrilobum, Quinquelobum* (T. VIII. f. 2.), a numero hujus.

22. *Palmatum* (T. II. f. 18. III. f. 8.) eſt longitudinaliter in partes plures ſubaequales diviſum verſus baſin, qua tamen cohaerent in unum.

23. *Pinnatifidum* eſt transverſim diviſum laciniis horizontalibus oblongis.

24. *Lyratum* (T. II. f. 10. III. f. 11.) eſt transverſim diviſum in lacinias; ita ut [ſumma maxima ſit et] inferiores remotiores.

25. *Laciniatum* varie ſectum in partes, partibus itidem indeterminate ſubdiviſis. [*Laciniatolobatum* (T. I. f. 27.).]

26. *Sinuatum* (T. II. f. 18. III. f. 21.) quod lateribus ſinus dilatatos admittit.

[27. *Runcinatum* (T. II. f. 9.) eſt transverſim diviſum in lacinias, ut ſumma acuta ſit, inferiores autem dependeant.]

Bipartitum, *Tripartitum*, *Quadripartitum*, *Quinquepartitum*, *Multipartitum*, a numero hujus.

c. Apex eſt extremitas folii; in quem deſinit.

28. *Truncatum*, quod linea transverſali deſinit (T. I. f. 6.).

29. *Praemorſum* (T. I. f. 4.), quod obtuſiſſimum terminatur ſinubus inaequalibus.

30. *Retuſum* (T. I. f. 15.), quod terminatur ſinu obtuſo.

31. *Emarginatum*, quod terminatur crena.

32. *Obtuſum*, quod terminatur quaſi intra ſegmentum circuli. [*Obovatum*, ovatum inverſum (T. VII. f. 6.).]

33. *Acutum* (T. II. f. 13.) quod terminatur angulo acuto.

34. *Acuminatum*, quod terminatur [longo acumine] ſubulato.

[35. *Cuſpidatum* terminatum ſubula, in quam folium ſenſim abit (T. I. f. 11.) *Subulatum* ſi ſimul teres.

36. *Mucronatum* obtuſiuſculum ſubula, in quam folii ſubſtantia non ſubit (Tab. I. f. 7.).

37. *Cuneiforme* truncatum (28) verſus baſin ſenſim attenuatum (Tab. I. fig. 19.).

38. *Spathulatum* (6) obtuſum verſus baſin ſenſim attenuatum (T. I. f. 3.).

39. *Obcordatum* inverſe cordatum (T. II. f. 3.).]

40. *Cirrhoſum*, quod terminatur cirrho (T. I. f. 1.).

d. Margo eſt extrema ora folii ad latera, intacto diſco folii.

41. *Spinoſum*, quod margine exit in acumina duriora rigida pungentia.

Inerme ſpinoſo folio opponitur.

42. *Dentatum* (T. I. f. 4.), quod acumina horizontalia, folii conſiſtentia, ſpatio remota habet.

[*Denticulatum*, dentibus minoribus (T. I. f. 2. 16.).]

43. *Serratum*, quod angulis acutis imbricatis extremitatem reſpicientibus notatur. [*Duplicato-ſerratum* (T. II. f. 21.).
Inciſo-ſerratum angulis profundioribus (Tab. III. f. 8.).]
44. *Crenatum* [dentibus obtuſis conſpicuum (T. I. f. 17.).]
45. *Repandum*, cujus margo angulis, eisque interjectis ſinubus, circuli ſegmento inſcriptis terminatur.
46. *Cartilagineum* (T. I. f. 9.), cujus margo cartilagine, a ſubſtantia folii diverſiſſima firmatur.
47. *Ciliatum* (T. I. f. 10.), cujus margo ſetis parallelis longitudinaliter obvallatur. [*Dentato-ciliatum* (T. I. f. 2.).]
48. *Lacerum*, quod margine varie ſectum eſt ſegmentis difformibus.
49. *Eroſum* (T. I. f. 17.) cum folium ſinuatum (26) margine ſinus alios minimos obtuſos acquirit.
50. *Integerrimum* (T. II. f. 1.), cujus margo extimus integer absque omni crena eſt.
[*Margine revolutum*, ſubtus reflexum (T. I. f. 14.).]
e. Baſis eſt folii pars inferior petiolo propinqua.
51. *Cordatum*, baſi utrinque auriculis rotundis (T. I. fig. 16.).
52. *Reniforme*, ſubrotundum baſi utrinque rotundato-productum (Tab. I. fig. 8.).
53. *Lunatum*, baſi utrinque auriculis ſubhorizontalibus, angulis poſtice notatum (Tab. II. fig. 2.)
54. *Sagittatum*, triangulare baſi auriculis rectis inſtructum (Tab. II. fig. 2.).
55. *Haſtatum*, triangulare baſi auriculis patulis inſtructum (T. II. f. 6.).
56. *Auriculatum*, baſi auriculis rotundis ſeparatis inſtructum (T. II. f. 26. III. f. 7.).
α. *Sinu baſeos clauſo*, quum auriculae ſ. lobi ſemet invicem tegunt.
β. *Sinu baſeos aperto*, quum diſtant.
γ. *Inaequaliter cordatum*, altero lobo maiori. *Obliquum* (T. I. f. 17.).
δ. *Semicordatum*, altero lobo obliterato (Tab. I. fig. 20.).]

f. Superficies diſcum folii Supinum (ſuperiorem) vel Pronum (inferiorem) tegit.

57. *Plicatum* (T. VI. f. 35.), quum diſcus folii ad nervos adſcendit et deſcendit.

58. *Undulatum* (T. III. f. 13.) fit, cum diſcus folii verſus marginem convexe adſcendit et deſcendit.

59. *Criſpum* (T. I. f. 26.), cum peripheria folii major evadit, quam diſcus admittit, ut undulatum fiat.

[60. *Cucullatum* diſco ita excavato, ut fere tubum formet (T. I. f. 22.).]

61. *Rugoſum* (T. I. f. 29.), cum venae foliorum contractiores evadunt, quam diſcus, ut interjecta ſubſtantia adſcendat: *Salvia*.

[62. *Bullatum* eſt rugoſum particulis folii maioribus.]

63. *Concavum*, cum margo folii arctior ſit, quam ut diſcum circumſcribat, unde deprimitur diſcus (T. III. f. 2.).

64. *Venoſum* (T. I. f. 16.), cum vaſa discurrentia evadunt ramoſiſſima, et anaſtomoſes nudo oculo exhibent.

65. *Nervoſum* (T. I. f. 6. II. f. 8.), quum vaſa ſimpliciſſima absque ramulis extenduntur a baſi verſus apicem.

[66. *Coſtatum* (T. I. f. 12.) nervoſum nervis arctiſſime parallelis parum prominentibus.

67. *Lineatum* (T. I. f. 15.) nervoſum, nervis prominentibus.

68. *Triplinerve* (Tab. II. f. 13.), cum nervus medius paullo ſuper baſin in tres ramos dividitur. *Quintuplinerve*.]

g. Subſtantia folii conſideratur ſecundum latera.

69. *Teres*, quod maxima ex parte cylindricum eſt. *Semicylindraceum* eſt teres, ſed altero latere longitudinaliter plenum.

70. *Tubuloſum*, quod interne (ſi detruncetur) cavitatem habet: *Cepa*. [Utriculoſum operculatum in *Sarracenia*, (T. II. f. 22.), *Cephaloto* Labillard. et *Nepenthe*.]

71. *Carnoſum*, quod interne pulpa repletum eſt: *Succulentae*.

72. *Planum*, quod utramque ſuperficiem ubique parallelam gerit.

73. *Gibbum,* quod utramque ſuperficiem facit convexam mediante copioſiore pulpa.
74. *Convexum,* quod in diſco magis elevatum eſt.
75. *Depreſſum,* quod in diſco magis deprimitur quam ad latera.
76. *Canaliculatum* ex ſulco profundo, ſecundum totam longitudinem, excavatum in dimidiatum fere cylindrum.
77. *Acinaciforme* (T. V. f. 6.) eſt compreſſum carnoſum, altero margine convexo anguſto, altero rectiore craſſiore: *Meſembrianthemum.*
78. *Dolabriforme* (T. V. f. 4.) eſt compreſſum ſubrotundum obtuſum, extrorſum gibbum acie acuta, inferne teretiuſculum: *Meſembrianthemum.*
79. *Linguiforme* eſt lineare carnoſum, obtuſum, ſubtus convexum, margine ſaepius cartilagineo.
[80. *Deltoides,* tribus planis conſcriptum, breve (T. VI. f. 13.).]
81. *Carinatum,* ſi pars prona diſci prominet longitudinaliter.
82. *Membranaceum,* quod inter utramque ſuperficiem nulla evidenti pulpa ſcatet.

B. COMPOSITUM reſpicit folia plura, in uno petiolo, ſecundum *Structuram* aut *Gradus.*

83. *Compoſitum,* (T. II. f. 17.), cum Petiolus ſimplex profert plus quam folium unicum. [*Partitum,* cum foliola laciniis ſimilia ſunt.]
84. *Digitatum,* cum Petiolus ſimplex apice adnectit Foliola plura.
85. *Binatum* (Tab. II. fig. 5.) eſt digitatum, foliolis duobus.
[*Coniugatum.*]
86. *Ternatum* eſt digitatum, foliolis tribus.
87. *Quinatum* (T. I. f. 24. VIII. f. 4.) eſt digitatum, foliolis quinque.
88. *Pinnatum,* cum Petiolus ſimplex lateribus adnectit foliola plura (T. VIII. f. 3.).
cum impari eſt pinnatum terminatum foliolo impari.
cirrhoſum eſt pinnatum terminatum cirrho.

abruptum eſt pinnatum, terminatum neque cirrho, neque foliolo.
oppoſite, eſt pinnatum, foliolis oppoſitis.
alternatim eſt pinnatum, foliolis alternis.
interrupte pinnatum, foliolis alternis minoribus (T. I. f. 13.).
decurſive (T. II. f. 15.) pinnatum, foliolis decurrentibus per Petiolum. [Huc *Rachis,* ſeu nervus medius alatus.]

89. *Decompoſitum,* cum Petiolus ſemel diviſus adnectit foliola plura.
90. *Bigeminatum,* cum Petiolus dichotomus apicibus adnectit foliola quatuor.
91. *Biternatum* (Duplicato ternatum) cum Petiolus affigit tria foliola ternata.
92. *Bi-pinnatum* (duplicato-pinnatum T. I. f. 30. VIII. f. 9.), cum Petiolus lateribus affigit foliola pinnata. [*Partialia* dicuntur primi, *propria* ſecundi ordinis. E. g. (T. VII. f. 6.) partialia ſunt quadrijuga, propria trijuga.]
93. *Pedatum* (T. III. f. 12.), cum Petiolus bifidus latere tantum interiori adnectit foliola: *Helleborus, Arum.*
[94. *Bipinnatifidum,* pinnatum pinnis pinnatifidis (T. II. f. 19.).
95. *Tripinnatifidum,* bipinnatum, pinnulis pinnatifidis.]
96. *Supradecompoſitum,* cum Petiolus aliquoties diviſus adnectit plurima foliola.
97. *Triternatum* (T. III. f. 17. Triplicato-ternatum), cum Petiolus affigit tria foliola biternata.
98. *Tripinnatum* (triplicato-pinnatum), cum Petiolus affigit plura foliola Bipinnata.

C. DETERMINATIO aliunde (nec a propria ſtructura) notam adquirit; uti a *Loco, Situ, Inſertione* aut *Directione.*

h. Locus, quo adnectuntur parti plantae.
99. *Seminale,* quod antea cotyledon fuit, et primum in planta eſt.
100. *Radicale,* quod Radici inſidet.
101. *Caulinum,* quod Cauli inſidet.

102. *Rameum,* quod Ramo inſidet.
103. *Axillare,* quod ad rami exitum inſeritur.
104. *Florale,* quod ad Floris exortum inſeritur.

i. Situs eſt diſpoſitio Foliorum in Plantae caule.

105. *Stellata* (Verticillata Tab. VI. f. 30.), cum folia plura quam duo verticillatim caulem ambiunt.
106. *Terna, Quaterna, Quina, Sena,* etc. ſunt ſpecies numeri Stellatorum.
107. *Oppoſita,* cum folia e regione collocantur.
108. *Alterna,* cum unum poſt alterum tanquam per gradus exit.
109. *Sparſa,* cum ſine ordine copioſa.
110. *Conferta,* cum ita copioſa, ut ramos occupent totos, vix relicto ſpatio.
111. *Imbricata* (T. I. f. 25.), ſi conferta et erecta, ut invicem ſe quoad partem tegant.
112. *Faſciculata,* ſi ex eodem puncto plura folia prodeunt: *Larix.*
113. *Diſticha,* ſi omnia folia duo latera rami tantum reſpiciunt: [*Pinus canadenſis.*
114. *Decuſſata* cruciatim oppoſita.]

k. Inſertio folii ſit baſi ejusdem.

115. *Peltatum* (T. II. f. 27.), ſi Petiolus (non margini ſ. baſi) diſco folii inſeritur: *Nymphaea, Hernandia, Colocaſia.*
116. *Petiolatum,* ſi Petiolus adnectitur folio ad marginem baſeos.
117. *Seſſile,* ſi Folium petiolo caret et immediate cauli adnectitur.
118. *Decurrens* (Tab. VIII. f. 1.), ſi baſis folii ſeſſilis (117) dein ultra baſin extenditur deorſum per caulem.
119. *Amplexicaule,* ſi baſis folii undique ambit latera caulis transverſim.
Semiamplexicaule a priori gradu minori differt.
120. *Perfoliatum* (T. III. f. 10.), ſi baſis folii undique cingit transverſim caulem.
121. *Connatum* (T. III. f. 10.), ſi folia oppoſita inter ſe connata in unum.
122. *Vaginans,* ſi folii baſis format tubum cylindricum, ramum veſtientem.

[123. *Solutum baſi*, ſi folii baſis minus adhaeret cauli, quam pro ſubſtantia crederes.]

l. Directio.

124. *Adverſum*, quod latus (non coelo, ſed) meridiei obvertit.

125. *Obliquum*, (Tab. I. f. 31.), cum baſis folii coelum, apex horizontem ſpectat.

126. *Inflexum*, *Incurvum* (T. I. f. 28.) dum ſurſum arcuatur verſus caulem.

127. *Adpreſſum*, dum diſcus folii approximatur cauli.

128. *Revolutum*, quod deorſum revolvitur.

129. *Dependens*, quod recta terram ſpectat.

130. *Natans*, quod ſuperficiei aquae innatat.

131. *Demerſum*, quod infra aquae ſuperficiem absconditur.

84. FULCRA adminicula plantae ſunt, pro commodiore ſuſtentatione; numerantur hodie *Stipula*, *Bractea*, *Spina*, *Aculeus*, *Cirrhus*, *Glandula*, *Pilus*, [*Ramentum*, *Ligula*, *Vagina*, *Ochrea*, *Ariſta*, *Glochis*.]

1. *STIPULA* (T. II. f. 14.) eſt ſquama, quae baſi Petiolorum aut Pedunculorum enaſcentium utrinque adſtat: [*Hypogaſtrium* in Jungermanniis (Tab. VII. f. 24.).]

2. *BRACTEA* (T. III. f. 14.) dicitur Folium florale, cum colore et figura recedit a ceteris.

3. *SPINA* (T. VII. f. 1.) eſt mucro durus e ligno plantae protruſus.
Culturâ ſaepius evaneſcit: ut in *Pyro*.

4. *ACULEUS* (T. VII. f. 3.) eſt mucro plantae, ejusdem cortici tantum affixus.

5. *CIRRHUS* (T. II. f. 14.) eſt vinculum filiforme ſpirale, quo planta alii corpori alligatur.

6. *GLANDULA* (T. V. f. 24.) eſt Papilla humorem excernens.
Locus: Petioli, Foliorum Serraturae, et Stipulae tenellae.

7. *PILUS* eſt ductus excretorius plantae ſetaceus.

Guettardus in his primaria detexit. [(Mém. de l'acad. de Paris, ann. 1745-1756.)
8. *RAMENTUM* eſt foliolum non viride, ſed plerumque membranaceum foliationem comitans (T. III. f. 21.).
9. *LIGULA* eſt pars vaginae erecta membranacea graminibus peculiaris (T. III. f. 16.)
10. *VAGINA* eſt pars folii caulem et ramos ambeuntis.
11. *OCHREA* eſt membrana ſine folio culmum praeſertim Cyperoidearum ambiens.
12. *ARISTA* eſt mucro floribus graminum inſidens (T. III. f. 15. V. f. 23.) aut ſemina quaedam coronans (T. III. f. 3.).
13. *GLOCHIS* eſt ſeta rigida aculeolis retroverſis (T. VI. f. 2.).]

85. HYBERNACULUM eſt pars Plantae includens Herbam embryonem ab externis injuriis; eſtque *Bulbus* vel [*Tuber* vel] *Gemma*.

1. *BULBUS* eſt hybernaculum ſquamoſum caudici deſcendenti inſidens (T. VII. f. 27.). [Conſtat autem *a)* corpore ſolido, fundamento aliarum partium: *b)* infantibus bulbillis, certis periodis horizontaliter protruſis; *c)* ſquamis verticalibus folia et flores includentibus: *d)* ſcapo alternatim cum bulbillis oriente.

Abit Bulbus genuinus in tuberoſum, dum ſquamae ſolidae cum baſi confluunt, ut in Fritillaria Imperiali (T. VII. f. 26.).
2. *TUBER* eſt hybernaculum ſolidum, ſubſtantia marginali molliori cinctum (T. VI, f. 20.).]
3. *GEMMA* eſt hybernaculum caudici adſcendenti [arborum et tuberum] inſidens.

Conſtat vel Stipulis, vel Petiolis, vel Foliorum rudimentis, vel Squamis corticalibus.

Carent gemmis Arbores variae: *Philadelphus*, [*Rhamnus*. *Zizyphus* Lam.,] *Iatropha*, *Hibiſcus*, *Juſticia*, *Caſſia*, *Mimoſa*, *Gleditſia*, *Erythrina*, *Anagyris*, *Medicago*, *Nerium*, *Viburnum*, *Tamarix*, *Hedera*, *Erica*, *Malpighia*, *Lavatera*,

Solanum, Aſclepias, Ruta, Geranium, Petiveria, Cupreſſus, Thuja, Sabina, [*Adanſonia.*]

Species Gemmarum variae ſunt.

Deciduae in Dentaria, Ornithogalo, Lilio, Saxifraga.

Foliiferae, non floriferae: Alnus.

Foliiferae et floriferae diſtinctae: Populus, Salicis ſpecies, Fraxinus.

Foliiferae et floriferae femineae: Corylus, Carpinus.

Foliiferae et floriferae maſculae: Pinus, Abies.

Foliiferae et floriferae hermaphroditae: Daphne, Ulmus, Cornus, Amygdalus.

Foliifero-floriferae, ut pleraeque arbores.

[In variis arboribus, e. g. Citro, gemma non protruditur extra corticem, ſed in ipſo petiolo foliorum latet.

Gemmarum formae variae, innumerae fere in imperfectis.

In muſcis frondoſis folliculos ſiſtunt plures filis articulatis plerumque cinctos (T. VII. f. 14.) aut granulis aggregatis (T. IX. f. 1.).

In Lichenibus pulverem formant farinaceum (T. IX. f. 8.) thallo inſidentem, aut *cephalodia,* ſ. tubercula. *Sticta* Achar, forte etiam in *Cyphellis* ſ. concavis foraminibus faciei inferioris pulverem fovet gemmaceum (T. IX. f. 9.). Pulveris farinacei acervuli formant *ſoredia* (T. VIII. f. 15.).

In Confervis granula formant utriculos matricales replentia (T. IX. f. 12. 13. 16.). Ex iis animalculum prodire vidit nuper Trentepohlius (T. IX. f. 15.).

Gemmae conſtant vel granuloſa maſſa, ut in imperfectiſſimis, Gaſtromycetis, Confervis, vel vermicularibus corpuſculis, interjecto opere celluloſo granuloſo, ut in perfectioribus.

E gemmis planta prodit infans, velut pars matris: e ſeminibus velut novum individuum.]

IV. FRU-

IV. FRUCTIFICATIO.

86. FRUCTIFICATIO Vegetabilium pars temporaria, generationi dicata, antiquum terminans, novum incipiens; hujus partes VII numerantur:

I. CALYX, cortex plantae in fructificatione praeſens.

1. *Perianthium*, calyx plantae fructificationi contiguus.
   a. Fructificationis, ſtamina germenque includens.
   b. Floris, ſtamina absque germine continens.
   c. Fructus, germen absque ſtaminibus continens.
2. *Involucrum* (T. VI. f. 26.), calyx umbellae a flore remotus.
   a. Univerſale, umbellae univerſali ſubjectum.
   b. Partiale, umbellulae partiali ſubjectum.

[3. *Anthodium*, calyx communis florum compoſitorum (T. VI. f. 33.).]

4. *Spatha* (T. VII. f. 12.), calyx *ſpadiois* longitudinaliter ruptus.
5. *Gluma* (T. III. f. 15. V. f. 18.), calyx *graminis*, valvis amplexantibus.

[6. *Induſium*, calyx filicum acervos ſeminum tegens (T. V. f. 9.).

7. *Perichaetium*, calyx muſcorum ovaria includens (T. VII. f. 14.)
8. *Stroma*, ſubiculum gaſtromycetum (T. IX. f. 24.).)
9. *Volva* (T. IX. f. 19.), calyx *fungi* membranaceus, undique lacerus. *Pileus*, orbiculus expanſus eorum.

[10. *Cortina* eſt hymenii (p. 101.) tegumentum lacerum (Tab. IX. f. 19.).]

II. COROLLA, liber plantae in flore praeſens. [Haec Linnaei peculiaris eſt opinio, librum transire in corollam: quae licet defendi nequeat, tegumentum ta-

men partium fructificationis internum omnino appellari *corolla* poteſt.]

11. *Petalum*, tegmen floris corollaceum.

a. *Tubus*, corollae monopetalae pars inferior tubuloſa (T III. f. 17. V. f. 15.).

b. *Limbus*, corollae monopetalae pars ſuperior dilatata,

[*Contortus*, oblique verſus (T. III. f. 21.).]

Campanulatus, ventricoſus absque tubo (T. III. f. 19.) *Urceolatus*, pelvis inſtar inflatus.

Infundibuliformis, conicus, tubo impoſitus (T. III. f. 18.).

Hypocrateriformis planus, tubo impoſitus (Tab. III. f. 15.).

Rotatus, planus, nulli tubo impoſitus (T. III. f. 16.).

Ringens (T. III. f. 19. VI. 29.), irregularis, in duo labia diviſus. *Galea*, labium ſuperius fornicatum.

Larvatus (T. III. f. 20.), ringens Fauce clauſa utroque labio. *Palatum*, pars prominens.

Flos *lingulatus* monopetalus, planus linearis compoſitarum (T. V. f. 19.).]

c. *Unguis* (T. III. f. 23.), corollae polypetalae pars inferior baſi affixa. [Diſtinctiſſima in *Banisteria*, *Malpighia*, *Triopteride*.]

d. *Lamina* (T. III. f. 13.), corollae polypetalae pars ſuperior patula.

Cruciformis, petalis quatuor aequalibus patens (T. III. f. 23.).

Papilionacea, irregularis: petalo inferiore cymbiformi, ſuperiori adſcendente: lateralibus ſolitariis (T. VI. f. 21.). [*Carina*, *Vexillum*, *Alae*.

12. *Nectarium*, pars mellifera flori propria.

Nectarii partes ſunt:

a. Nectarium peculiare glanduloſum ſecernens organum (T. III. f. 26. 28. 29. V. f. 14. VI. 34.).

b. Nectarotheca, organum ſervans et colligens ſuccum melleum. Calcar perſonatarum (T. III. f. 2.).

c. Nectarilyma, tegumentum nectarii et nectarothecae, ne ſuccus pluvia nimia debilitetur (T. V. f. 8.

d. Nectaroſtigma, macula aut magis colorata pars

corollae, viam inſectis ad nectarothecam monſtrans.

Deſunt nectaria graminibus, coniferis, cyperoideis, amentaceis.

Labellum in Orchideis eſt pars plana ante genitalia pendens aut expanſa (T. VI. f. 22.).]

III. STAMEN, viſcus pro pollinis praeparatione.

13. *Filamentum,* pars elevans adnectensque antheram.

14. *Anthera,* pars floris gravida polline, quod matura dimittit.

Anthera *bicornis,* binis proceſſibus muticis inſignis (T. VI. f. 18.). Ericae variae ſpecies.

cornuta, apice in proceſſus binos acutiuſculos abiens (T. V. f. 13.). *Aſarum.*

ariſtata (T. V. f. 5.).

criſtata, proceſſu ſolido utrinque ſerrato inſignis (T. V. f. 2.).

ſpinoſa, proceſſu minuto mucronulato inſtructa.]

15. *Pollen,* pulvis floris, humore rumpendus, atomosque elaſticos ejaculans: [ſingularem formam in ſingulis familiis habet. Hiſpidum eſt in Syngeneſia et Monadelphia (T. V. f. 16.), angulatum in Oenothera et Epilobio (T. V. f. 12.). Orchidum pollen catenulatum (T. V. f. 155.). Aſclepiadearum (Tab. IV. f. 24. 25.).]

IV. PISTILLUM, viſcus fructui adhaerens, pro Pollinis receptione.

16. *Germen,* rudimentum fructus immaturi in flore.

17. *Stylus,* pars piſtilli, ſtigma elevans a germine.

18. *Stigma,* ſummitas piſtilli madida humore pollen ſolvente.

V. PERICARPIUM, viſcus gravidum ſeminibus, quae matura dimittit.

19. *Capſula,* pericarpium cavum, determinate dehiſcens.

[*Annulus* articulatus in filicibus (T. V. f. 10.)

Valvula, paries, quo fructus tegitur externe.

Diſſepimentum, paries, quo fructus interne diſtinguitur in concamerationes plures.

Columella, pars connectens parietes internos cum ſeminibus.

Loculamentum, concameratio vacua pro ſeminum loco.

[*Circumſciſſa* medio.]

20. *Siliqua*, pericarpium bivalve, longum affigens ſemina ſuturaè utrinque (T. VI. f. 16.).

[*Silicula*, pericarpium bivalve, cujus longitudo latitudinem non multum ſuperat (T. VI. f. 19.).]

21. *Legumen*, pericarpium bivalve, affigens ſemina ſuturae alteri tantum (T. VI. f. 24.).

[*Lomentum* eſt legumen articulatum (T. VI. f. 25.).]

22. *Drupa* (T. VI. f. 27.), pericarpium farctum evalve, *Nucem* continens.

23. *Pomum* (T. VI. f. 28.), pericarpium farctum evalve *Capſulam* continens.

[*Pepo*, pericarpium farctum ſeminibus exteriori lateri adfixis (T. VI. f. 23.).]

24. *Bacca*, pericarpium farctum evalve, *Semina* ceteroquin nuda continens (T. VIII. f. 8.).

25. *Strobilus*, pericarpium ex *Amento* factum.

[26. *Galbulus*, pericarpium e ſtrobili ſquamis concretis et in nucis ſpeciem abiens (Tab. III. f. 5.). Sic primo *Varroni* (lib. 1. c. 40.) dictum.

27. *Samara*, ſemen membrana pellucida expanſa cinctum (T. VI. f. 17.).

28. *Utriculus*, pericarpium membranaceum ſemina undique laxe includens.

29. *Apothecium* eſt pericarpium lichenibus peculiare.

a. *Lirella*, apothecium elongatum ſublineare atrum (T. VIII. f. 13.).

b. *Scutella*, apothecium plano-concavum ſtrato ſeminifero obtectum, margine baſique thalli ſubſtantiam gerens (T IX. f. 22.).

c. *Patella*, apothecium planum ſtrato ſeminifero tectum, ſubſtantia peculiari penitus conſtructum (T. IX. f. 4.).

d. *Pelta*, apothecium planum ſubreniforme, ſtrato ſeminifero tectum, thalli margini adglutinatum, margine fere nullo (T. IX. f. 23.).

e. *Orbilla*, apothecium planum radiatum peltatum,

ſtrato ſeminifero tectum, haud marginatum (T. IX f. 14.).

f. Trica, apothecium lineare gyroſum clauſum (T. IX. f. 7.).

g. Cephalodium, apothecium globoſum ſtrato ſeminifero tectum (T. IX. f. 11.).

h. Pilidium, apothecium globoſum, ſtrato ſeminifero demum in pulverem fatiſcente.

i. Ciſtula, apothecium primum clauſum, e thallo formatum, pulverem includens.

k. Thalamium, apothecium ſphaeroideum in ipſa ſubſtantia nidulans (T. IX. f. 10.).

30. *Theca*, eſt pericarpium muſcis peculiare.

a. Calyptra eſt umbraculum operculi membranaceum (T. VII. f. 16.).

b. Operculum eſt thecae pars ſuperior ſecedens, dum ſemina ejiciuntur (T. VII. f. 9.).

c. Annulus eſt cingulum elaſticum articulatum operculum a theca rejiciens (T. VII. f. 13.).

d. Periſtomium eſt pars ſumma thecae ſub operculo plerumque figurata.

α. Simplex (T. VII. f. 17.).

β. Duplex (T. VII. f. 15. 21.).

e. Apophyſis eſt appendix inferior thecae (Tab. VII. f. 20.).

31. *Peridium* eſt corpus granulis farctum in gaſtromycis (T. VII. f. 22. IX. f. 24.).

32. *Hymenium* eſt ſtratum proliferum plerumque figuratum in fungis (T. IX. f. 19.).

33. *Utriculus matricalis* eſt corpus granulis farctum in confervis (T. IX. f. 12. 13. 15. 16.).

34. *Spermatocyſtidium* eſt utriculus pellucidus oblongus in Pezizis et Sphaeriis et Thelotremate (T. VII. f. 22. IX. f. 10.).]

VI. SEMEN, pars vegetabilis decidua, novi rudimentum, pollinis irritatione vivificatum.

35. *Semen* (proprie), novum vegetabilis rudimentum, humore rigatum, veſica tunicatum.

a. Corculum, novae plantae primordium intra ſemen.

Plumula, pars corculi ſquamoſa adſcendens.
Roſtellum, pars corculi ſimplex deſcendens (Tab. VII. f. 2. 11.).

b. Cotyledon, corpus laterale ſeminis, bibulum, caducum (T. VII. f. 2. 9. 19.).

c. Hilum, cicatrix externa ſeminis ab ejusdem adhaeſione in fructu (T. V. f. 7.).
[*Micropyle* foraminulum, quod, per hypotheſin Turpini, pollen admittit (T. V. f. 7.).]

d. Arillus (T. V. f. 26), tunica propria exterior ſeminis, ſponte ſecedens. [Haec in imperfectis frequens eſt: in Marſilea, (T. VII. f. 25.), in Fucis (T. IX. f. 20.), in Confervis, Ectoſpermis (T. IX. f. 21.). Abit in ſpermatocyſtidia apud Gaſtromycetas et Lichenes.]

e. Pappus, calyculus adhaerens, quo volitat.
[Pappus *coronatus,* membranula dentata (T. III. f. 1.).
paleaceus, lamellis acutis membranaceis coronatus (T. III. f. 18.).
piloſus, pilis ſimplicibus (T. VI. f. 4.).
plumoſus, pilis ramoſis vel iterum piloſis (Tab. VI. f. 5.).
ariſtatus (T. III. f. 3.) *paleaceo-ariſtatus* (T. III. f. 6. VI. f. 1.).
ſeſſilis (T. VI. f. 4.), *ſtipitatus* (T. VI. f. 3.).
penicillatus (T. VII. f. 8.).

f. Cauda, pilus plumoſus (T. II. f. 16.).]

36. *Nux,* ſemen tectum epidermide oſſea.

VII. RECEPTACULUM, baſis, qua partes fructificationis connectuntur.

37. *Receptaculum proprium,* quod partes unius tantum fructificationis reſpicit.
Fructificationis, pro flore et fructu commune.
Floris, baſis, ubi floris partes absque germine affiguntur.
Fructus, baſis pro fructu, remota a floris receptaculo.
Seminum, baſis, qua ſemina intra pericarpium affiguntur.

38 *Receptaculum commune,* connectens floſculos plures, ita, ut ſi aliqui eximantur, irregularitas cauſetur.

ſnudum: *Tragopogon, Hieracium.*
favoſum: *Thrincia, Tolpis, Onopordon, Boltonia.*
piloſum ſ. villoſum: *Arctotis, Iva, Andryala.*
ſetaceum: *Centaurea, Carduus, Cynara.*
paleaceum: *Scolymus, Hypochoeris, Arctium, Bidens* (T. III. f. 22. V. f. 20.).
Receptaculum ventricoſum, clauſum: *Ficus.*
campanulatum, ſemiapertum: *Mithridatea.*
planum, carnoſum: *Dorſtenia.*]

87. Partes FLORIS: *Calyx, Corolla, Stamen, Piſtillum.*

FRUCTUS: *Pericarpium, Semen, Receptaculum.*

FRUCTIFICATIONIS, itaque *Flos, Fructus* ſunt.

FLORIS Definitio ab autoribus traditur varie:

Jungii: Flos eſt pars plantae tenerior, colore et figura, vel utroque inſignis, rudimento fructus cohaerens.

Raji: Flos eſt pars plantae tenuior, fugax, colore et figura, vel utroque inſignis, fructui praevia, eique plurimum cohaerens, et tenello tegendo fovendoque inſerviens, quae, poſtquam explicatur, brevi aut diſcedit aut marceſcit.

Tournefortii: Flos eſt pars plantae, forma et natura ceteris diſſimilis, fructui naſcenti plerumque adhaerens, cui primum alimentum ad tenerrimas ejus partes explicandas miniſtrare videtur.

Pontederae: Flos eſt pars plantae, forma et natura ceteris diſſimilis, embryoni ſemper, ſi tuba inſtructus eſt flos, vel adhaerens, vel quam proxime affixa, cujus uſui inſervit; ſi vero tuba caret, nulli embryoni adhaerens.

Ludwigii: Flos eſt pars plantae filamentoſa et membranoſa, quae a reliquis loborum elegantia, et ſubtiliore fabrica in vulgus diſtinguitur.

[Optime et uberrime has definitiones ventilavit immortalis civis Genevenſis J. J. *Rouſſeau*, ſe-

quentem autem ceteris praetulit: *Flos eſt pars localis et transitoria plantae, praecedens foecundationem germinis in ea aut per eam peractam.* (Lettres élémentaires ſur la botan. p. 245.) Hinc flores nulli muſcis, filicibus, lichenibus, algis, fungis et gaſtromycis.]

FRUCTUS Definitio:

Jungii: Fructus pars plantae annua, flori cohaerens et ſuccedens, qui, ubi ad perfectionem pervenerit, ſponte a planta abscedit, et commoda nutrice exceptus novae plantae facit initium.

[*Rouſſeauvii:* Fructus eſt ultimum vegetationis productum ſemina continens.]

Calycem eſſe partem floris, quamvis ſaepius in fructu adſit, inde liquet, quod calyx nunquam erumpat in flore poſt floreſcentiam.

Patagonulae calyx in fructu maxime ampliatur.

Deciduis calycibus multi flores inſtruuntur, qui cadunt ad primam floris explicationem, ut in *Epimedio, Papavere.*

88. Eſſentia FLORIS (87) in *Anthera* (86) et *Stigmate* (86) conſiſtit.

FRUCTUS (87) in *Semine* (86).

FRUCTIFICATIONIS (87) in *Flore* et *Fructu.*

VEGETABILIUM (78) in *Fructificatione* (87).

Character partium plantarum difficile eruitur, niſi aſſumantur duo prima, *Pollinis* et *Seminis.*

1. POLLEN eſt pulvis vegetabilium (§. 3.) appropriato liquore madefactus rumpendus, et ſubſtantiam ſenſibus nudis imperſcrutabilem elaſtice explodens. [Nudum pollen in Aſclepiadeis et Orchidibus.]

2. SEMEN eſt pars plantae decidua, rudimento novae plantae foeta, et polline vivificata. [Eo modo diſtinguitur gemma, quae nulla foecundatione producitur ſed ſolo actu vegetationis. Hinc

dubium, ſintne filicibus, muſcis, algis et lichenibus ſemina. Gemmas dicit *Gärtnerus.*]

3. ANTHERA eſt vas *Pollen* (1) producens et dimittens.

4. PERICARPIUM eſt vaſculum *Semina* (2) producens dimittensque.

5. FILAMENTUM eſt pes *Antherae* (3), quo vegetabili alligatur.

6. GERMEN eſt *Pericarpii* (4) *Seminisve* (2) rudimentum immaturum, exiſtens praecipue eodem tempore, quo Anthera (3) Pollen (1) dimittit.

7. STIGMA eſt apex *Germinis* (6) roridus.

8. STYLUS eſt pes *Stigmatis* (7), connectens illud cum *Germine* (6).

9. COROLLA et CALYX ſunt tegumenta *Staminum* (1. 3. 5) et *Piſtillorum* (6. 7. 8), quorum hic ex *Epidermide* corticali, illa ex *Libro* [ſeu interiore compage] orta eſt.

10. RECEPTACULUM eſt, quod connectit partes praedictas (5. 6. 9).

11. FLOS ex *Anthera* (3) et *Stigmate* (7) naſcitur, ſive tegumenta (9) adſint, ſive non.

12. FRUCTUS ex *Semine* (2), ſive Pericarpio (4) ſive non tectum, dignoſcitur.

13. FRUCTIFICATIO omnis gaudet *Anthera* (3), *Stigmate* (7) et *Semine* (2).

14. VEGETABILE omne *Flore* (11) et *Fructu* (12) inſtruitur; ut nulla ſpecies his deſtituta. [De perfectioribus organiſmis id intelligendum. Namque a filicibus inde ad byſſos nulla floris, dubia fructus eſt informatio.]

Seminis eſſentia conſiſtit in *Corculo* (§. 86.) quod *Cotyledoni* adnectitur, et ab eodem involvitur, dein tunica propria arcte veſtitur.

Corculi eſſentia conſiſtit in *Plumula*, quae Punctum vitae ipſius plantae eſt ſub minima mole, et uti *Gemma* creſcit in infinitum; at baſis Plumulae eſt *Roſtellum*, quae deſcendit et Radices agit, olim matri contigua. [Primum tamen vitae rudimentum radiculae potius inhaeret quam plumulae, ut multo prius radicula etiam evolvatur quam plumula.]

89. PERIANTHIUM (86. I) a *Bractea* (84) differt, quod *illud*, maturo fructu, ſi non prius, marceſcat; *Foliola floralia* non item.

Bracteae exempla petenda e *Melampyro, Monarda, Salvia, Lavandula, Bartſia, Tilia, Fumaria,* [*Orchidibus, Roſa bracteata.*]

Bracteam pro Perianthio ſaepius et facile aſſumi, patet ex *Helleboro, Nigella, Paſſiflora,* [*Anemone,*] *Pegano.*

Perianthii definitio apud Auctores:

Malpigh.: Calyx floris baſis eſt et fulcimentum, ſua corporatura foliorum ſtamina fovet, quia et ipſorum progreſſum plerumque cooperit.

Raji: Calyx eſt, qui florem ſuſtentat ejusque velut baſis et fundamentum; eſt ideoque craſſior et minus inſignis flore.

Tournefort.: Calyx dici debet pars floris poſterior, craſſitudine quadam notabili a pediculo diſtincta.

Ludwig.: Calyx ſ. Perianthium eſt membrana exterior floris.

[*Juſſieu:* Calyx eſt integumentum floris exterius, a cortice pedunculi floralis productum, epidermidi itaque ſemper obductum. Sed, quam olim, hac obſervatione fretus, differentiam e pororum abſorbentium praeſentia in calyce, abſentia in corolla petii, refutata eſt a *Rudolphio.*]

90. COROLLA (86. IV.) a PERIANTHIO (86. I) diſtinguitur, quod *illa* cum Staminibus (86. III.) ſitu alternat, *Perianthium* autem opponitur.

Tournef.: Petala ſunt folia illa, quae forma et colore plerumque ceteris partibus praeſtant, quaeque nunquam fiunt ſeminis involucrum. [Hinc Rumicis valvulae non petala ſunt.]

Columna petalum eſſe Floris Folium primus dixit.

Stamina alternare cum Petalis, uti Petala cum Perianthio, adeoque et ſtamina opponi laciniis calycinis, patet ex *Tetrandris* et *Pentandris* completis. [In aliis alio modo ſe habet.]

Exempla regulae petas ex *Chenopodio*, *Urtica*, *Parietaria*, ubi Corolla deeſt. [Saepe et hic corolla cum calyce concreta eſt, ut exterior facies ſit calycina interior corollina. *Glaux* habet calycem corollinum ut et Daphne, Polygonum etc.

In Orchideis manifeſto diſtinguendus eſt Calyx cum foliolis conniventibus aut patulis a Labello et Columna genitalium (T. V. f. 3. VI. f. 22.).]

Statuere, ubi ex Perianthio et Corolla alterum adeſt, eſſe hoc Corollam, uti pars praeſtantior, negant *Ammannia*, *Iſnarda*, *Peplis*, *Ruellia*, *Campanula*, quae ſaepe corollas excludunt, non vero calyces.

Calycem, uti a cortice plantae ortum, magis rudem craſſumque eſſe, quam Corolla, e tenero colorato molli Libro producta, cuique patet: Limites autem horum determinantur vix unquam, niſi a colore, qui non ſufficiens eſt, ut in *Bartſia*.

Plurimi Flores ferunt Corollas coloratas, nudas, caducas, ſub ſtatu floreſcentiae, quae dein indurantur, vireſcunt, perſiſtunt, e. gr. *Helleborus*, *Ornithogalum*. [Corollulae perſiſtentes *Zinniae*.]

Limites inter Calycem et Corollam abſolutos, naturam non poſuiſſe, patet ex *Daphnide*, ubi connata ambo, et margine omnino unita, veluti folium *Buxi*. [Patet vel maxime ex *Aizoo purpureo*, quod *Ortega Seſuvium* dixit, ubi parum ſoluta interne colorata pagina corollam ſiſtit, externa viridis calycem.] *Cfr. Claſſ. plant.* 5. *n.* 11.

Euphorbiam monopetalam ſtatuunt varii, qui calycem pro corolla habent; peltas autem Floris eſſe Petala docent ſpecies annuae indicae petalis albis diſtinctiſſimis. [Peltas potius eſſe nectaria patet ex Euphorbia prunifolia, Gerardiana, Eſula.

Nectariorum partes cum petalis ſaepius commutantur. Nectarilymata Narciſſi, Pancratii ſaepius pro corolla habentur.]

91. PETALORUM (86, 8) *Numerus* a baſi Corollae: *Laciniarum* autem a medio Limbi aut Laminae deſumendus eſt.

Rivini: Tot Petala numeramus, in quot reſolvitur Flos deciduus.

[library stamp]

Monopetali: *Trientalis, Oxalis, Ledum, Anagallis, Veronica.*
Pentapetali: *Alſine,*
Tetrapetalus *Oxycoccus* perperam habetur, licet in 4 partes reſolvatur, nam antea unum erant.
Rivini: Quicunque flores ſupra fructum haerent fundo integro, monopetâli ſunt, etiamſi tales non decidant.
Quicunque in ſinu ſuo fructum fovent, petalisque variis cohaerentibus conſtant, contrario, ſecundum numerum petalorum habendi, quamvis non defluant.
Polypetalorum numerus ab ordinibus inſertionum determinatur, ut in *Hepatica.*
Graece enunciatur vulgo *Petalorum* numerus:
Apetalus, Petalodes, Monopetalus, Dipetalus, Tripetalus, Tetrapetalus, Pentapetalus, Hexapetalus, Polypetalus.
Segmenta corollae monopetalae a variis in *oides* terminantur:
Pentapetaloides, Tetrapetaloides.
Perianthium difficilius diſtinguitur in *monophyllum* et *polyphyllum.*
Vaillantii: Si Calyx embryonem coronât, eſt monophyllus, unumque cum embryonibus corpus conſtituit.
Calyx monophyllus eſt, quoties monopetalus flos eſt: *perperam.*

92. STRUCTURAM triplicem Fructificationis, in omnibus ejusdem partibus (86), ubique obſervat Botanicus: *Naturaliſſimam, Differentem* et *Singularem*; Et has ſecundum quatuor *Dimenſiones:* Numerum, Figuram, Proportionem et Situm attento oculo deſcribat.

Dimenſionis 4 requiſita: *Numerus, Figura, Proportio, Situs,* ſunt totidem artis columnae.
Figura determinatur terminis foliorum. §. 83.
Proportio aeſtimatur ſecundum altitudinem partium inter ſe.

Situs ſ. Inſertio aut connexio partium eaedem ſunt.
Lubrica ſaepius ſunt: *Magnitudo, Color, Odor, Sapor.*

93. NATURALISSIMA Structura (92) Fructificationis a pluralitate exiſtentium deſumitur: in *α Numero* (94), *β Figura* (95), *γ Proportione* (96), *δ Situ* (97).

Naturaliſſima in plerisque Plantis occurrit:
Calyx craſſior, brevior corollâ tenera caduca.
Piſtillum in medio floris intra ſtamina; Antheras inſidere filamentis et Stigmata ſtylis etc. communiter obtinet.

Differunt omnes fructificationes, et ſic etiam conveniunt omnes.

Naturaliſſima ſtructurâ ex uſu adſueſcit, nec obſervatur dein a Botanico genuino; hanc diffuſe deſcribunt idiotae et peregrinatorum turba, eoque produnt ignorantiam, quam perverſi extollunt.

Agroſtographus eximius [*Scheuchzerus*] hic parum impegiſſe videtur, alioquin vere Magnus: [multo magis peccavit *Michauxius:* e. g. in charactere *Pleeae.*]

Exemplo characterem barbare conſtructum proponam: Calyx viridis, erectus, brevis, quinquepartitus, ſegmentis anguſtis, anguſtioribus quam longis. Corolla *petalis* quinque, explanatis, baſi anguſtioribus, coloratis, tenuiſſimis, patentibus, inſertis receptaculo intra calycem, defluentibus ad baſin, alternantibus cum calycis laciniis, cadentibus ante maturitatem fructus. Staminum *Filamenta* nonnulla, anguſta, ſubteretia, ſuperne anguſtiora, inſerta receptaculo intra corollam, alternata cum petalis, ſed calyci oppoſita. *Anthera* unica in ſingulo filamento, quae rumpitur, redditque farinam et contabeſcit. Pistillum centrum floris occupat intra ſtamina, habet pro baſi *Rudimentum fructus* parvum, cujus apici *ſtyli* inſident, germine anguſtiores, quae nec plani ſunt, ſed anguſti, diſtincti a corolla, et *ſtigmata* gerunt

in apicibus craſſiuſcula. Poſtquam defloruit planta, excreſcit germen et fit PERICARPIUM, quod replet calycem, fit durum, et apice veſtigium ſtyli gerit, tandem rumpitur in varia loculamenta et valvulas, ejicitque *ſemina* acuminata, quae affixa fuere lateribus pericarpii internis. *Quis diceret* LINUM *eſſe?*

94. NUMERUS naturaliſſimus (93) eſt, quod *Calyx* in tot ſegmenta, quot *Corolla* dividitur, quibus *Filamenta* reſpondent, ſingulo ſingulis *Antheris* inſtructo. *Piſtilli* autem diviſio cum *Pericarpii* loculis aut *Seminum* Receptaculis convenire ſolet.

Quinarius numerus in Fructificatione maxime frequens eſt; ut ex Pentandris, Syngeneſiſtis aliisque patet.
Calyx et Corolla quinquefida in plurimis evadunt.
Exempla pro numero naturaliſſimo ſint *Lyſimachia*, *Linum*.

95. FIGURA naturaliſſima (93) eſt, quod *Calyx* minus patens contineat *Corollam* ſenſim dilatatam, *Staminibus* et *Piſtillis* erectis, ſenſim attenuatis inſtructam; hisce, excepto *Calyce*, decidentibus, *Pericarpium* intumeſcit et extenditur, *Seminibus* refertum.

Calyx Perianthium erectius eſt, ut fulciat corollam.
Corolla magis vel minus ad infundibuliformem ſaepius accedit.
Staminum Filamenta, ſurſum plerumque attenuata, ſubulata, erecta, parum apicibus reflexa.
Piſtillorum Styli in plerisque erecti et anguſti, uti filamenta.
Pericarpium intumeſcere et accreſcere vulgatiſſimum eſt.

96. PROPORTIO naturaliſſima (93) profert

Calycem Corolla minorem, cum *Staminibus* et *Piſtillis* longitudine aequalibus, ſi flos erectus eſt.

Nutans flos gerit *Piſtillum Staminibus* longius.

Decumbens *Stamina Piſtilla*que ad latus inferius declinata.

Adscendens vero *Stamina Piſtilla*que ſub latere ſuperiori recondita.

Calyx brevior, quum gemma fructificationis ſit.
Corolla magna in plerisque floribus evadit.
Stamina et Piſtilla, vix calycem exſuperant in multis.
Nutans flos ut facilius foecundetur. §. 145.
Fritillaria, Campanula, Galanthus, Geranium. Hinc non ex proprio pondere.
Decumbens, in *Caſſia, Diadelphia* omni.
Adſcendens in Didynamia gymnoſperma.
Piſtillum ubi Staminibus brevius, connivent Antherae: *Saxifraga, Parnaſſia.*
[Eſt tamen in hoc ſitu mirandum naturae artificium, ut ſucceſſu temporis ſtamina eo vertantur, quo pollen ab inſectis detergi et alius floris ſtigmati inſeri poſſit. Videatur *Tropaeolum.*]

97. SITUS naturaliſſimus (93) eſt, quod *Perianthium* involvat *Receptaculum,* cui *Corolla* alternatim adnaſcitur; huic autem interius reſpondent *Filamenta,* quorum apicibus *Antherae* incumbunt. Centrum receptaculi occupat *Germen,* cujus apici *Stylus* inſidet, ſummo *Stigma* gerens. Hisce decidentibus Germen in *Pericarpium* excreſcit, calyce ſuſtentatum, includens *Semina* annexa fructus receptaculo. Receptaculum Floris frequentius ſubnaſcitur, rarius circumnaſcitur, vel ſupernaſcitur.

Series Fructificationis haec eſt, quod *Calyx* extra *Corollam*, intra Corollam vero *Stamina*, ſed haec extra *Piſtilla* collocentur. Exceptio rarior. §. 111.

Receptaculum connectit Calycem, Corollam, et Stamina modis quatuor.

a. Receptaculum ad *baſin germinis;* ut in plerisque. Piſtillum abiens in fructum. *Tournef.*

b. Receptaculum ad *apicem germinis;* in multis. Calyx abiens in fructum. *Tournef.*

c. Receptaculum *cingens germen* ſ. fructum: ut in *Saxifragis* variis.

d. Receptaculum *ambiens germen* dilatatum ſurſum per Perianthium, ut in *Icosandriis*, *Ribe*, *Mitella* etc.

Perianthium et corolla juxta ſe invicem approximata oriuntur, ita, ut, ſi corolla germini inſideat vel ſubjiciatur, idem de perianthio ſiat. Exceptio rara. §. 100.

Hepaticae perianthium ipſa baſi a Corolla remotum eſt, ergo vix perianthium erit, ſed involucrum, quod confirmat affinis *Pulſatilla*.

Germen ante foecundationem parvum eſt, dein excreſcit in magnum.

Muſa ſingularis, cujus germina ante floreſcentiam maxima, non foecundata ſaepius matureſcunt ſterilia, quamvis mole augeantur. [*Medicus* de Muſa in Beitr. zur Cultur exotiſcher Gewächſe. Mannh. 1806. p. 120.]

98. DIFFERENS Structura (92) Fructificationis ab iis partibus, quae in diverſis ſaepe differant plantis, deſumitur.

Haec Fundamentum Generum eorumque Characterum erit.

Quo Claſſis magis naturalis, eo minus manifeſta eſt haec ſtructura.

Singularis omnis ſtructura eſt differens, ſed non vice verſa.

99. CALYX differt (89) quoad *α*) Numerum, Compoſitionem, Partes, Lacinias. *β*) Figuram,

guram, Aequalitatem, Marginem, Apicem. γ) Proportionem. δ) Locum, Moram.

Numerus: Nullus: *Tulipa, Fritillaria, Liliacei plurimi.*
Unicus: *Primula, Plerique* flores.
Geminus: *Malva, Hibiſcus, Bixa,* [*Thunbergia, Mitraria.*]

Compoſitio: Imbricatus, ex ſquamis variis ſuperimpoſitis: *Hieracium, Sonchus, Camellia.*
Squarroſus ex ſquamis undique divaricatis patentiſſimis: *Carduus, Onopordum, Conyza.*
Auctus (*Calyculatus* Vaill.) ubi ſeries foliorum brevior diverſaque baſin calycis exterius cingit: *Coreopſis, Bidens, Crepis, Dianthus,* [*Agrimonia.*
Appendiculatus in *Lupinis* variis, in *Myosuro.*
Operculatus: *Eucalyptus, Calyptranthes.*]
Multiflorus, communis multis floſculis: *Scabioſa, Syngeneſia.*

Partes: Monophyllus: [*Statice,*] *Datura, Primula,* [*Lemna.*
Diphyllus, foliolis bipartitis: *Orobanche.*]
Diphyllus: *Papaver, Fumaria,* [*Caſuarina, Acharia.*]
Triphyllus: *Tradeſcantia.*
Tetraphyllus: *Sagina, Epimedium, Tetradynamia.*
Pentaphyllus: *Ciſtus, Adonis, Cerbera.*
Hexaphyllus: *Berberis.*
Decaphyllus: *Hibiſcus.*

Laciniae praeſertim in *Monophyllis* numeratae.
Integer: *Genipa.*
Bifidus: *Utricularia.*
Trifidus: *Aliſma, Cliffortia.*
Quadrifidus: *Rhinanthus.*
Quinquefidus: *Nicotiana.*
Sexfidus: [*Aeſculus,*] *Pavia.*
Octofidus: *Tormentilla.*
Decemfidus: *Potentilla, Fragaria.*
Duodecimfidus: *Lythrum.*
[Lobi: trilobus: *Toſieldia* Hudſ.]

H

[*Dentes:* Tridentatus: *Aegopicron.*
Quadridentatus: *Aucuba, Liguſtrum, Syringa, Cornus.*
Quinquedentatus: *Aſclepias.*]
Aequal. Aequalis: *Lychnis.*
Inaequalis: *Helianthemum, Tournef.*
alternis brevioribus: *Tormentilla, Potentilla.*
[Baſi productus: *Viola.*
Bilabiatus praeſertim in Papilionaceis.
$\frac{2}{3}$ in plurimis,
$\frac{1}{1}$ *Erythrina.*
$\frac{2}{1}$ *Oedmannia, Lupinus piloſus.*
$\frac{1}{3}$ *Lupinus albus.*
$\frac{4}{1}$ *Cicer.*
$\frac{3}{1}$ *Glycyrrhiza.*]
Figura: Globoſus: *Cucubalus.*
Clavatus: *Silene.*
Reflexus: *Aſclepias.*
Erectus: *Primula, Nicotiana.*
[Compreſſus, lamellis parallelis *Aſperugo.*
Pentagonus: *Pulmonaria, Gypſophila.*]
Margo: Integerrimus: *Plerisque.*
Serratus: *Hyperici* ſpecies, [*Linum flavum.*]
Ciliatus: *Centaureae* ſp.
Apex: Acutus: *Primula, Androſace,* [*Linum maritimum, virginianum.*]
Acuminatus: *Hyoscyamus,* [*Linum viſcoſum, hirſutum, narbonenſe.*]
Obtuſus: *Nymphaea, Garcinia,* [*Linum perenne, alpinum, auſtriacum.*]
Unico denticulo truncato: *Verbena.*
[Capillo terminatus: *Calythrix* Labillard.]
Proportio: Corollâ longior: *Agroſtemma, Sagina,* [*Palavia malvaefolia.*]
Corollae aequalis: *Ceraſtium* [*vulgatum.*]
Corollâ brevior: *Silene,* [*Ceraſtium arvenſe.*]
Locus: Floris: *Linnaea, Morina.*
Fructus: *Linnaea, Morina.*
Fructificationis: *Paeonia.*
[Superus, concreſcens Juſſ. *Roſa, Pyrus, Scleranthus, Agrimonia.*
Inferus, liber Juſſ. *Rubus, Fragaria.*]

Mora: Caducus, ad primam explicationem Floris: *Papaver*, *Epimedium*.
Deciduus cum Corolla: *Tetradynamia*, *Berberis*.
Perſiſtens ad maturitatem fructus: *Didynamia*, [*Oenanthe*, *Phellandrium*.]
INVOLUCRUM monophyllum: *Bupleurum*.
Diphyllum: *Euphorbia*.
Triphyllum: *Butomus*, *Aliſma*.
Tetraphyllum: *Cornus*.
Pentaphyllum: *Daucus*.
Hexaphyllum: *Haemanthus*.
SPATHA. Monophylla: *Narciſſus*.
Diphylla: *Stratiotes*.
Imbricata: *Muſa*.

100. COROLLA differens (98) eſt, quoad: *α*. Petala, Lacinias, Nectaria (110). *β*. Figuram, Aequalitatem, Marginem. *γ*. Proportionem. *δ*. Locum, Moram.

Petala: quorum numerus ex Syſtemate Rivini conſtat. §. 61.
Monopetala: *Convolvulus*, *Primula*.
Dipetala: *Circaea*, [*Comptonia*.]
Tripetala: *Aliſma*, *Sagittaria*.
Tetrapetala: *Tetradynamia*.
Pentapetala: *Umbellatae*.
Hexapetala: *Tulipa*, *Lilium*, *Podophyllum*.
Enneapetala: *Thea*, *Magnolia*, *Liriodendron*.
Polypetala: *Nymphaea*.
Laciniae: Polypetalis rariores; Monopetalis frequentes; priorum:
Duae: *Alſine*, *Circaea*.
Tres: *Holoſteum*, *Hypecoum*.
Quatuor: *Lychnis*.
Quinque: *Reſeda*, [*Legnotis*.
Plurimae: *Trichosanthes*.]
Nectaria. Vide de his. §. 110.
Figura. Undulata: *Glorioſa*.
Plicata: *Convolvulus*.
Revoluta: *Aſparagus*, *Medeola*.
Torta: *Nerium*, *Aſclepias*, *Vinca* et ord. nat. 30.

Aequalit. Aequalis: *Primula.* Inaequalis: *Butomus.*
Regularis: *Aquilegia.* Irregularis: *Aconitum, Lamium.*
[Medio fiſſa: *Goodenia.*]
Margo: Crenata: *Linum* [*uſitatiſſimum.*]
Serrata: *Tilia, Aliſma.*
Ciliata: *Ruta, Menyanthes, Tropaeolum.*
Denticulis interjectis: *Samolus, Sideroxylum, Aſperifoliae* Raji.
Hirſuta ſuperficie: *Menyanthes,* [*Styphelia,*] *Laſianthus.*
Proport. Longiſſima: *Catesbaea, Siphonanthus, Brunfelſia.*
Breviſſima: *Sagina, Centunculus, Ribes.*
Locus: Corollae baſis approximatur perianthio, modo adſit.
Rara exempla, quod corolla a calyce remota, interjecto germine, ut *Adoxa, Sanguiſorba, Mirabilis.*
Mora: Perſiſtens (ad maturitatem fructus): *Nymphaea.*
[Fugaciſſima: *Peplis.*]
Caduca (ad explicationem floris): *Actaea, Thalictrum.*
Decidua (cùm floris caſu): *Pleraeque.*
Marceſcens (contabeſcit, nec decidit): *Campanula, Orchis, Cucumis, Cucurbita, Bryonia et adſines.* ord. nat. 34.

101. STAMINUM *Filamenta* differunt (98) quoad α) Numerum, β) Figuram, γ) Proportionem, δ) Situm. *Antherae* autem quoad α) Numerum, Loculamenta, Defectum, β) Figuram, Dehiſcentiam, γ) Connexionem, δ) Situm.

FILAMENTA. *Numerus* differt, ut in Syſtemate ſexuali.
Laciniae: 2. *Salvia;* 3. *Fumaria;* 9. *Diadelphia.*
Figura: Capillaria: *Plantago.*
Plana: *Ornithogalum.*
Cuneiformia: *Thalictrum petaloideum.*

Spiralia: *Hirtella.*
Subulata: *Tulipa.*
Emarginata: *Porrum.*
Reflexa: *Glorioſa,* [*Campylonema* Labill.
Bifurca, altero antherifero: *Prunella, Crambe,* utroque apice antherifero: *Laciſtema, Torenia.*
Plana petaliformia: *Stylidium, Calothamnus,* Labillard.
Capitata: *Cephalotus,* Labillard.
Glanduloſa: *Dictamnus, Laurus, Caſſyta.*]
Hirſuta: *Tradeſcantia, Anthericum,* [*Verbaſcum.*
Apice dilatata: *Euryandra.*
Baſi dilatata fornicata: *Campanula.*
Tricuſpidata: *Allia* quaedam.
Glanduloſa: *Dictamnus.*]
Proportio: Inaequalia: *Daphne, Lychnis, Saxifraga,* [*Oxalis, Lagerſtrömia, Rittera, Connarus, Averrhoa.*]
Irregularia: *Lonicera, Didynamia.*
Longiſſima: *Trichoſtema, Plantago, Hirtella,* [*Gahnia, Pauletia* Cav.]
Breviſſima: *Triglochin.*
Situs: Calyci oppoſita: *Urtica.*
Calyci alterna: *Elaeagnus.*
Corollae inſerta in *Monopetalis*, vix in *Polypetalis.*
[*Haemodorum* Smith. corollam habet 6-petalam, petalis interioribus ſupra medium ſtaminiferis.
Dalea (Petaloſtemon *Michaux*) corollae 5-petalae adnata habet ſtamina.
Loranthus hexapetalus ſtamina petalis habet inſerta.
Fauci inſerta ſtamina: *Hottonia, Sanſeviera.*
Adſcendentia ante ſtylum: *Gladiolus.*
Declinata in corolla reſupinata: *Ocimum, Scrofularia.*
Ab altera parte ſtylo adſtantia: *Pleurandra* Labillard.
Extrorſum corollae adſtant: *Kernera oceanica.*

Situi ſtaminum ratione piſtilli nititur praecipua ſubdiviſio ſyſtematis Juſſievi naturalis:

Stamina *epigyna*, piſtillo inſerta aut columnae genitalium in *Orchideis* (T. V. f. 3. 15.) et aliis Monocotyledoneis, Muſis, Cannis, Hydrocharidibus. In Dicotyledonibus cum calyce colorato, juxta Juſſieyum adſunt in Ariſtolochiis, cum Corolla polypetala in Araliis et Umbelliferis (T. V. f. 13.).

Stamina *perigyna*, in ambitu piſtilli in Monocotyledoneis, Palmis, Aſparagis, Juncis, Liliis, Bromeliis, Aſphodelis, Narciſſis, Iridibus, calyci colorato Juſſ. aut tubo corollae aut laciniis inſerta (T. V. f. 11.). In Dicotyledonibus *a*. Corolla nulla; calyci inſerta ſtamina: Elaeagni, Thymelaeae, Proteae, Lauri, Polygoneae, Atriplices.

b. Corolla polypetala; unguibus corollae ſtamina inſerta, in Sempervivis, Saxifragis, Cactis, Portulacis. Ficoideis, Onagris, Myrtis, Melaſtomis, Salicariis, Roſaceis, Leguminoſis, Terebinthaceis, Rhamnis (T. V. f. 22.).

Stamina *hypogyna*, ſub piſtillo inſerta. Monocotyledones Aroideae gerunt in ſpadice, Cyperoideae et Gramineae in receptaculo (T. V. f. 18.). In Dicotyledoneis plerumque calyx inferus, germen ſuperum. Corolla nulla in Amarantis: Corollae polypetalae in Ranunculis, Ciſtis, Papaveribus, Geraniis etc. (Tab. V. f. 14.).]

Calyci inſerta interdum in *Apetalis*, uti in *Elaeagno*, et ſemper in *Icosandris* et *Oenothera* affinibusque *ord. nat.* 17.

[Calyci corollino: *Proteae, Rupala, Embothrium.* Pedicello peculiari inſidentia: *Podoſtemon* Michaux.]

Receptaculo communiter inſeruntur, uti Calyx et Corolla.

Anthera *numero* Unica in ſingulo filamento: *Plerique.*
in filamentis tribus: *Cucurbita.*
in filamentis quinque: *Syngeneſia.*
[Didyma in *Orchideis, Calliſia.*]
Duae in ſingulo filamento: [*Betula, Pinus, Epiſtylium.*]
Tres in ſingulo filamento: *Fumaria*, [*Typha, Bryonia.*]
Quinque in ſingulo filamento: *Theobroma*, [*Xanthium.*]

Loculo unico: *Mercurialis.*
gemino: *Helleborus,* [inaequali: *Millingtonia.*]
quaterno: *Fritillaria.*
[plurimis: *Caladium* Venten.]
Defectu unius: *Chelone, Martynia,* [*Tanaecium, Pentaſtemon, Cyrilla, Mitraria* Cav., *Seſamum.*]
Duorum: *Pinguicula, Verbena,* [*Elytraria, Conoſpermum* Smith.]
Trium: *Gratiola, Bignoniae,* [*Pelargonium.*]
Quatuor: *Curcuma,* [*Cenarrhenes* Labillard.]
Quinque: *Pentapetes,* [*Erythrorrhiza* Michaux,] *Gerania,* [*Herniaria, Teramnus.*]
Figura Oblonga: *Lilium.*
Globoſa: *Mercurialis,* [*Juniperus,*
Valvula ciliata: *Galeopſis,*
Cruciata: *Glechoma, Melittis.*]
Sagittata: *Crocus,* [*Acidoton.*]
Angulata: *Tulipa.*
Cornuta: *Hamamelis, Erica, Aſarum* (Tab. V. f. 13.).
[Bicuſpidata: *Ceratophyllum.*
Bicornis dorſo ariſtata: *Vaccinium* (T. VI. f. 18.).
Ariſtata: *Ericae* variae (T. V. f. 5.).
Criſtata: *Ericae* variae (T. V. f. 2.).
Biſpinoſa: *Euphraſia Odontites.*
Baſi ſetoſae: *Inula, Mutiſia.*
Parallelepipeda: *Brownea* Willd., *Gärtnera.*
caudata: *Stähelina, Proſthecantherae* (Proſtanthera Labill.).
arillata: *Lomandra* Labill.
peltata: *Broſimum.*
torta: *Chironia, Gethyllis.*
fimbriata: *Croſſandra* Hooker.
Quatuor in ſingulo: *Comeſperma* Labillard.
Biloba cornuta: *Tanaecium.*]
Dehiſcentia latere: *Plerique, Leucoïum.*
[Circulo: *Broſimum.*]
Apice: *Galanthus, Kiggelaria.*
a Baſi ad apicem diſcedens: *Epimedium, Leontice.*
[Linea ſerpentina farinifera, *Cucumis, Cucurbita, Bryonia, Momordica, Sicyos, Trichoſanthes, Sechium.*

Calyptra elaſtica: *Gouania.*
Poris geminis apicis: *Solanum, Pyrola, Humulus.*]
Connexione Apice: *Colchicum,* [*Impatiens, Viola, Jaſione, Achimenes, Columnea.*]
Baſi: *Plerique.*
Latere: *Canna.*
Nectario: *Coſtus.*
Situs in Filamentis apice: *Plerique.*
latere: *Paris, Aſarum.*
Piſtillo: *Ariſtolochia.*
Receptaculo: *Arum.*
[Antherae forte ſuccedaneae: *Parnaſſia, Commelyna, Laurus, Caſſyta.*
Antherae inaequales figura et mole: *Heteranthera, Lupinus, Rittera, Lagerſtrömia, Gärtnera, Baniſteria, Gmelina.*]

Pollen *figura*: globus echinatus: [Cl. XIX. XVI. (T. V. f. 6.).]
corpus ovale medio dehiſcens: *Pelargonium, Calla, Ricinus* (T. V. f. 17.).
dodecaëdron: *Geropogon.*
icosaëdron: *Tragopogon.*
pileus trigonus: *Epilobium, Oenothera* (T. V. f. 12.).
cruciforme: *Acer.*
corpuſcula vermiculata: *Zoſtera, Chara* (ſi fuerint modo antherae).]

102. PISTILLA differunt (98) quoad α) Numerum, Lacinias, β) Figuram, γ) Longitudinem, Craſſitiem, δ) Situm, trium ſcilicet partium.

Partes tres piſtilli: *Germen, Stylus, Stigma.*
Germen obſervat Leges Pericarpii, hinc videnda §. 103.
Stylus ſemper a Calyce et Corolla diſtinctus.
Numerus videndus in Syſtemate Sexuali, ubi Piſtillorum Numerum a ſtylis (ſi adſint, alias a ſtigmatibus) deſumſit *Linn.*
Laciniae: Bifidus: *Perſicaria, Cornutia.* Dichotomus: *Cordia.*
Trifidus: *Clethra, Frankenia.*

Quadrifidus: *Rhamni.*
Quinquefidus: *Geranium.*
Figura: Cylindricus: *Monotropa.* Angulatus: *Canna.* [Ariſtatus hamatus: *Pavonia, Typhalaea.*]
Subulatus: *Geranium.* Capillaris: *Ceratocarpus.*
Superne craſſior: *Leucoïum.*
Longitudo: Longiſſimus: *Tamarindus, Eupatorium, Campanula, Scorzonera, Zea.*
Breviſſimus: *Papaver.*
Staminum longitudine: *Nicotiana, Plerique.*
Craſſities: Staminibus craſſior: *Leucoium.*
tenuior: *Ceratocarpus.*
aequalis: *Lamium.*
Situs: in apice germinis: Plerique; hinc reticendus.
ſupra infraque germen: *Capparis, Euphorbia.*
Niſi inferiorem partem pro receptaculo elongato ſumas.
ad latus germinis: *Icosandria polygyna,* ejusque affines: *ord. nat.* 36. *Hirtella, Suriana,* [*Dorſtenia.*]
Mora: Perſiſtens: *Tetradynamia.* [*Rhynchoſpora,* qua differt a Schoeno (*Vahl.*) *Abildgaardia.*]

Stigma *numero* unicum: *Plerisque.*
Duo: *Syringa.*
Tria: *Campanula.*
Quatuor: *Epilobium, Parnaſſia.*
Quinque: *Pyrola.*
Laciniae: convoluta: *Crocus.*
capillaria: *Rumex.*
revoluta: *Syngeneſia, Dianthus, Campanula.*
Flexa ſiniſtrorſum: *Silene.*
[Quinquepartitum: *Athenaea* Schreb., *Carolinea.*]
Sexpartitum: *Aſarum.* [*Ferraria.*
brevius vaginans alterum: *Sideritis.*]
Multifidum: *Turnera.*
Figura: Capitatum: *Tribulus, Hugonia, Vinca, Ipomoea, Cluſia.*
Globoſum: *Primula, Hottonia, Linnaea, Limoſella.*
Ovatum: *Genipa.*
Obtuſum: *Andromeda.*

diviſo, f. 7.
bifido, f. 8.
bicuſpidato, f. 9.
bifurcato. f. 10.
bicorni, f. 11.]
Baſi Trifariam: *Triglochin, Campanula.*
Quinquefariam: *Ledum.*
Angulis longitudinaliter: *Oxalis, Orchis, Pyrola.*
Poro: *Campanula,* [*Phyteuma, Papaver.*]
Horizontaliter Circumſciſſa: *Anagallis, Plantago, Amarantus, Portulaca, Hyoſcyamus,* [*Cuſcuta.*]
Articulatus omnis fructus dehiſcit ſecundum articulos monoſpermos: *Hypecoum, Hedyſarum, Ornithopus, Scorpiurus, Raphanus.*
[Operculata: *Hyoscyamus.*
Corticata, calyce tecta; *Herniaria.*]
Incluſio, Elaſtice: *Oxalis, Momordica, Impatiens, Cardamine, Phyllanthus, Euphorbia, Juſticia, Ruellia, Dictamnus, Hura, Ricinus, Tragia, Iatropha, Croton, Cluſia, Acalypha.*
Situs ad receptaculum floris, idque vel
infra: *Vaccinium, Epilobium.*
ſupra: *Arbutus, Tulipa.*
ſupra infraque: *Saxifraga, Lobelia.*

104. SEMINA differre obſervantur quoad α) Numerum, Loculamenta; β) Figuram, Subſtantiam, Coronulam, Arillum; γ) Magnitudinem; δ) Corculum; ε) Receptaculum.
Numerus ex Syſtemate Rivini deſumendus.
Monoſperma: *Polygonum, Collinſonia.*
Diſperma: *Umbellatae, Stellatae.*
Triſperma: *Euphorbia.*
Tetraſperma: *Aſperifoliae, Verticillatae.*
Loculamentum plerisque unicum.
Biloculare: *Cornus, Xanthium, Fedia, Valeriana, Cordia.*
Figura: Cinctum: *Arenaria, Bryonia.*
[Criſtatum: *Chelidonium.*]
Cordiforme, Reniforme, Ovatum.

Echinatum: *Myoſotis*, [*Daucus*.
Planum: *Actaea*.
Elongatum annulatum: *Gahnia*.]
Subſtantia Oſſea: *Nuces*, *Corylus*, *Lithoſpermum*.
Calloſa: *Citrus*.
Coronula, Calyculus ex perianthio floris: *Scabioſa*, *Knautia*, *Ageratum*, *Arctotis*. (Cf. §. 86. n. VI.)
Pappus Capillaris (ſimplex filiformis): *Hieracium*, *Sonchus*.
Plumoſus (villoſus compoſitus): *Crepis*, *Scorzonera*, *Tragopogon*.
[Scaber (piloſus ſetis lateralibus microſcopio detegendis) *Carduus*.
Squamatus: *Echinops*.
Setaceus: *Centaurea*, *Elephantopus*.
paleaceo-ariſtatus: *Catananche*.
paleaceo-ſetoſus: *Krigia*, *Xeranthemum*.
ariſtatus: *Bidens*, *Coreopſis*, *Spilanthus*, *Bellium*.
ariſtato-glanduloſus: *Lavenia*.
ariſtato-plumoſus: *Triptilion*.
marginatus: *Pyrethrum*, *Ethulia*, *Cotula*.
dentato-ariſtatus: *Boltonia*.
ſetaceo-plumoſus: *Rhanterium*.
paleaceo-capillaris: *Roſenia*.
paleaceo-foliaceus: *Stylonkerus* Labillard.
penicillatus: *Elichryſum*, *Gnaphalium*.]
Paleaceus: *Bidens*, *Silphium*, *Tagetes*, *Coreopſis*.
[Duplex in eodem receptaculo: marginalis paleaceus, centralis plumoſus ſtipitatus: *Thrincia*.
marginalis 5-ariſtatus, centralis plumoſus: *Geropogon*.
marginalis capillaceus, centralis paleaceo-ariſtatus: *Hyoſeris*.
marginalis dentatus, centralis bi- vel quadri-ariſtatus: *Tolpis*.
marginalis ſetaceus, centralis paleaceus: *Hedypnois*.
marginalis plumoſus, centralis ſetaceus: *Barnadeſia*.

marginalis paleaceus, centralis ariſtatus: *Vernonia.*

marginalis nullus, centralis ariſtatus: *Heterospermum.*

marginalis ariſtatus, centralis nullus: *Sanvitalia.*

Coma: *Epilobium*, *Clematis.*]

Nullus (Nudum ſemen): *Tanacetum.*

Arillus quibusdam Calyptra dictus: *Coffea*, *Jaſminum*, *Cynogloſſum*, *Cucumis*, *Dictamnus*, *Dioſma*, *Celaſtrus*, *Evonymus.*

Magnitudo minima: *Campanula*, *Lobelia*, *Trachelium*, *Ammannia.*

maxima: *Lodoicea* Lbill.

Situs, Nidulantia; per pulpam ſparſa: *Nymphaea.*

Suturae adnexa: *Siliquoſae.*

Columellae affixa: *Malva.*

Receptaculis inſidentia: *Nicotiana*, *Datura.* [Baſi forata *Anchuſa.*]

Hilum evidentiſſimum in *Cardioſpermo*, *Staphylaea*, [*Abro.*]

Hilo proximum eſt *Corculum.*

[In plerisque quidem proximum eſt, ſed non in omnibus. Externum enim hilum cum interno ſ. *chalaza* haud ubique cohaeret: *faſcia* ſ. *rhaphe* in quibusdam, e. g. in Dolicho Lablab (T. VII. f. 7.), Glaucio, Calla, Aconito, Bocconia, ab externo ad internum hilum extenditur.

In hilo nonnunquam foraminulum animadvertitur: *Omphalodes* Turpini. Is aliud etiam foraminulum: *Micropylen* habet, quo mediante pollen vivificans ſemen intrare dicitur. (Annales du muſ. cah. 39. p. 200.) Praepoſtere id autem fieri, patet tum ex abſentia foraminuli in plurimis ſeminibus, tum e pollinis teneritate, quae tam conſpicuo foramine haud eget.

Obverſus autem eſt corculi ſitus, quum radicula hilum reſpicit in Compoſitis: oppoſitus, ſi haec oppoſita eſt, in Colchico: contrarius, cum corculum medium e regione hili ponitur, in Plantagine: devius, cum hilum in axi, corculum autem horizontaliter in ambitu ſeminis collocatur, in Phoenice.

In ſemine maturo discernitur ſaepius *Albumen*, ſeu pars ea liquoris amnii, quae ad nutritionem em-

bryonis non conſumta, ſpiſſeſcit et ſolideſcit. Male id negavit *Linnaeus* (amoen. acad. 1. p. 334.). Maximam partem efficit in graminibus, praeſertim cerealibus, in Polygoneis, Umbelliferis, Stellatis, Tricoccis, Coniferis etc. Deeſt tamen, aut ſaltem tenuiſſimum eſt in Pruno, Amygdalo, Pyro, Sedo, Juglande et pluribus aliis. Embryonem fovet intra ſubſtantiam, ut in Polygono; vel habet circumpoſitum ut in Mirabili; vel oppoſitum, ut in graminibus. Plerumque eſt farinoſum, alioquin carnoſum aut cartilagineum.

Alia pars et rarior quidem eſt *Vitellus* ſ. ſcutellum cotyledoneum in Graminibus (T. VII. f. 4.) intime cum embryone cohaerens, et primum nutrimentum parans.

Plura de his *Gärtnerus* in praef. ad opus immortale.]

Sedes corculi eſt vel in apice vel baſi ſeminis. *Caeſalpin.*

105. SINGULARIS (92) Fructificatio ab ea ſtructura, quae in pauciſſimuis generibus obſervatur, deſumitur.

Opponitur Structurae Naturali. §. 93.

Exempla: *Aro* ſtamina intra Piſtilla.

Adoxae Germen intra calycem et corollam.

Salviae Filamenta articulata.

Eriocaulo Stamina Germini inſidentia, Corolla et Calyx Germini ſubjecta.

Magnoliae Receptaculum fructus capitatum, ſeminibus baccatis in filo pendulis e capſula [(Cf. §. 163. IX.).

[*Eriocaliae* Smith. Umbella conferta involucro tomentoſo colorato longiſſimo.

Marathrum Humboldt. Spatha infundibuliformis cum flore apetalo, foliis ſupradecompoſitis filiformibus.

Ventenatiae Smith. Columna genitalium tetrandra.

Stylidio Labellum elongatum antheris duabus didymis.

Broſimo Amentum globoſum tectum ſquamis

peltatis, antherae ſingulae peltatae circulo hi-ſcentes.

Ayeniae Petala fornicata apice cohaerentia glandulis 5 nectariferis ſupra, antheris 5 ſubtus inſtructa.

Chiroſtemoni Cervant. Stamina 5 curvata colorata in cylindrum coalita, ut digitos manus referant.

Carolineae Filamenta longiſſima pinnata.

Crotoni variegato: Folii apex abit in petiolum alius folii (*Rumph.* 2. tab. 4. f. 21.).

Inſuetae formae claſſium naturalium:

Jacaranda Humboldt. (Perſonatae) caulis arboreus, foliis pinnatis.

Hyobanche (Perſonatae) Cal. 7-phyllus; Cor. lab. inf. 0.

Crambe ſtrigoſa Herit. (Cruciferae) caule arboreſcente.

Aphyteia Hydnora (Columniferae) aphylla acaulis, ſola fructificatione deformi conſtans.

Geoffraea et *Bredemeyera* Willd. (Leguminoſae) drupaceae.

Mutiſia (Compoſitae) foliis cirrhoſis.

Selinum acaule, *microphyllum*, *proliferum* Cavan. (Umbelliferae).

Lygeum Spartum (Gramina) Spathaceum, nuce hirſutiſſima.

Anthiſtiria (Gramina) gluma 4-valvi coriacea.

Jovellana Cav. (Scrofulariae) corolla cymbaeformi biloba.

Marcgraviae corolla calyptrata monopetala, utriculis centralibus (§. 165. IX.).

Dorſtenia, *Mithridatea* et *Monimia* Aub. ſingulari receptaculo inſignes.]

106. CALYX *Corolla* minus coloratus eſſe ſolet.

Perianthium hic primario intelligitur; ſecundario Involucrum et Spatha.

Ratio patet ex materia Calycis, ex cortice plantae nata.

Exempla rariora contrarium indicantia.

Bart-

Bartſia coccinea: Perianthium ſanguineum.
[*Melampyrum nemoroſum:* Bracteae colore inſignes.
Statice ſinuata: Calyx caeruleus.
Sprengelia incarnata: Calyx rubens.
Haſtingia coccinea: Calyx ſanguineus.
Xeranthema et *Elichryſa.*
Petrea volubilis: Calyx violaceus.]
Cornus ſuecica: Involucrum niveum; Petala nigra.
florida: Involucrum album cordatum.
Aſtrantia [*Eriocalia* Smith.:] Involucrum coloratum.
Palmae: Spathae ſanguineae.

Ubi Corolla deeſt, Perianthium communiter magis coloratum eſſe ſolet, praeſertim tempore floreſcentiae, ut in *Ornithogalo, Perſicaria, Polygono.* [Maturitate augetur color calycis in *Salſola, Rumice.*]

Calyx aut Corolla minus coloratae ubi obſervantur, ibi folia ſaepe colorem induunt, ut in *Amaranto tricolore.*

107. RECEPTACULUM Floris (86) *Perianthium* interne cingit in Icosandriis aliisque, adnaſcitur undique in Cucurbitaceis (77. 34).

Receptaculi conſideratio magni momenti res in methodo naturali eſt.

Pleraeque Plantae Receptaculum floris ſ. Stamina et Petala fundo floris inſerunt.

Icosandrae (Ord. nat. 19. 35. 36.) Calycem monophyllum habent, quem interne undique cingit linea, cui ſtamina et petala adnectuntur.

[Exſuccum: *Tormentilla, Potentilla.*
Baccatum: *Fragaria.*
Spongioſum villoſum: *Comarum.*
Foliolis tectum: *Opercularia.*
Spinoſum: *Lacis.*]

Calyces ejusmodi floriferos etiam *in aliis* obſerva-

mus: *Lythrum, Epilobium, Oenothera, Ammannia, Iſnarda, Peplis, Elaeagnus.*

Cucurbitaceae (Ord. Nat. 34). Receptaculum in his interne obveſtit undique Perianthium, cui Corolla quaſi adglutinatur.

Idem in *Cactis* obtinet.

Receptaculum elevans Pericarpia: *Paſſiflora, Capparis, Arum, Calla, Dracontium, Pothos, Zoſtera, Nepenthes, Clutia, Helicteres, Siſyrinchium.*

108. FILAMENTA Staminum a Corolla Polypetala diſtincta, Corollae vero Monopetalae inſerta ſunt: exceptis antheris bicornibus. (Cf. §. 101.)

Vaillantius hoc obſervavit in Monopetalis.

Pontedera ex diſſectione 2000 ſpecierum didicit Flores monopetalos gerere ſtamina corollae inſerta, at Polypetalos receptaculo floris.

Tournefortius Malvaceos (Ord. Nat. 37) vere pentapetalos, uti ex baſi corollae conſtat, inter monopetalos refert.

Rivinus tot numerat Petala, in quot ſponte ſua reſolvitur flos deciduus.

Monopetali Flores ſtamina Petalo inſerunt:

Sic *Trientalis* monopetalus eſt.

Oxalis vix baſi petalorum cohaerens, monopetala evadit.

Polypetali ſtamina a petalis diſtincta gerunt.

Exceptio tamen admittitur rarius:

Statice pentapetala filamenta unguibus petalorum inſerta habet.

Melanthium hexapetalum filamenta gerit petalis inſerta.

Lychnides (ord. nat. 22.) alterna ſtamina unguibus petalorum ſaepius adnectunt.

Monopetalos flores dari ſtaminibus a corolla ſeparatis in Bicornibus (Ord. nat. 18.) *Erica, Andromeda, Arbuto, Ledo, Azalea* etc. uti et *Ciſſo, Aloë.*

109. ANTHERAE apici filamentorum communiter inſident.

Exceptio rarior, ubi Antherae lateri filamenti adglutinantur: *Paris*, *Aſarum*.

Antherae ſtylo adhaerent absque filamentis, in *Ariſtolochia*, [columnae genitalium in Orchideis.]

110. NECTARIUM, ſi a Petalis diſtinctum, communiter ludit.

Humor melleus ſecernitur in plerisque floribus.

Monopetalorum tubus plerumque mel continet.

Pontedera ſtatuit hunc liquorum eſſe colliquamentum ſ. Amnii liquorem, qui intret ſemina foecunda, ſed datur etiam mel

in floribus Maſculis: *Urtica*, *Salix*.

in foemineis tantum: *Phyllanthus*, *Tamus*.

in utroque Sexu: *Ruſco*, *Clutia*, *Kiggelaria*.

Vaillantius Nectarium eſſentiale Corollae eſſe ſtatuit:

ſic Nigellae, Aquilegiae Nectaria dixit petala eſſe. Petala vero pro calyce habuit.

Diſtincta eſſe Nectaria a Corolla conſtat exemplis: *Aconitum*, *Aquilegia*; *Helleborus*, *Iſopyrum*; *Nigella*, *Garidella*; *Epimedium*, *Theobroma*; *Sauvageſia*.

[NECTARIA ſtricto ſenſu, ſ. organa humorem nectarinum ſecernentia, ſunt

a. Plerumque *glandulae*, ſeu corpuſcula glanduloſa in fundo calycis, ad baſin petalorum ſeu ſtaminum: *Berberis*, *Caltha*, *Orobanche*, *Siliquoſae* omnes, *Lathraea*, *Baniſteria*, *Malpighia*, *Epiſtylium* Swartz., *Lightfootia*, *Homalium*, *Sapindus*, *Erica*, *Erodium*, *Geranium*, *Salix*, *Phyllanthus*, *Linum*, *Aletris*, *Aloë*, *Silene*, *Oxalis*, *Agroſtemma*, *Lychnis*, *Ceraſtium*, *Myrmecia*; *Struthiola*, *Tabernaemontana*, *Apocynum*, *Fuchſia*, *Melicope*, *Paullinia*, *Grielum*, *Eurya*, *Peganum*, *Elaeocarpus* *Dicera*, *Hernandia*, *Argythamnia*, *Plukenetia*, *Croton*, *Cucurbita*, *Aſtronium*, *Clutia*, *Populus*, *Köl-*

reutera, *Breynia* Forſt., *Lopezia*, *Maurandia*, *Loureira* Cavan., *Buchanania* Spreng., *Erioſtemon* Labillard.

b. Squamae nectariferae in baſi corollae: *Sedum*, *Zygophyllum*, *Quaſſia*, *Hamamelis*, *Cuſcuta*, *Epacris*, *Plumbago*, *Roëlla*, *Schrebera*, *Craſſula*, *Ephiëlis*, *Codon*, *Helicteres*, *Gaultheria*, *Cotyledon*, *Tomex*, *Grewia*, *Reaumuria*, *Aleurites*, *Melicytus*, *Rhodiola*, *Urceola* Roxb., *Viviania* Cav.

pedicellatae: *Anemone Pulſatilla* et *pratenſis*, *Calodendron*, *Mahernia*, *Leontice*, *Cercis*.

c. Urceolus in baſi corollae: *Eucomis*, *Leea*, *Tonſella*, *Schiſolaena*, *Sarcolaena*, *Leptolaena* Aubert., *Theobroma*, *Staphylea*, *Trichilia*, *Turraea*, *Swietenia*, *Melia*, *Samyda*, *Canella*, *Lemniſcia*, *Cimicifuga*, *Barringtonia*, *Bubroma*, *Abroma*, *Ruſcus*, *Gleditſchia*, *Büttnera* Cavan.

d. Annulus carnoſus germen ambiens: *Aſperifoliae*, *Leguminoſae*, *Labiatae*, *Triguera*, *Mirabilis*, *Elaeodendron*, *Nicandra*, *Murraya*, *Ekebergia*, *Banara*, *Vallea*, *Schäffera*, *Brucea*, *Omphalea*, *Garcia*, *Salvia*, *Crocus*, *Ulmus*, *Statice*, *Vaccinium*, *Epilobium*, *Webera*, *Gloſſoma*, *Bellardia*, *Cunninghamia*, *Laurus*, *Compoſitae* fere omnes, *Umbellatae*, *Colchicum*, *Rheum*, *Dictamnus*, *Kalmia*, *Arbutus*, *Saxifraga*, *Dianthus*, *Manettia*, *Curtiſia*.

e. Baſis carnoſo-glandulosa petalorum: *Fritillaria*, *Iris*, *Paſſiflora*, *Swertia*, *Uvularia*, *Galanthus*, *Bromelia*, *Erythronium*, *Monotropa*, *Pometia* Forſt., *Tamus*, *Kiggelaria*.

calycis: *Pelargonium*, *Oenothera*, *Aeſculus*, *Tilia*, *Elaeocarpus*, *Melianthus*.

f. Foveae in tubo corollae aut petalis: *Hydrophyllum*, *Lilium*, *Witheringia*, *Frankenia*, *Sechium* Brown.

g. Proceſſus ſtaminum: *Viola*, *Fumaria*.

h. Pori ad ovarium: *Hemerocallis*, *Convallaria*, *Aſphodelus*, *Scilla*, *Ornithogalum*, *Ruta*, *Hyacinthus*: ſtyli ipſius: *Leucoïum*.

i. Gibbus corollae baſeos: *Antirrhinum* Juſſ., *Lonicera*.

k. Ungues nectariferi ſubtubuloſi: *Myoſurus*, *Helleborus*, *Iſopyrum*, *Ranunculus*, *Erythroxylon*. planiuſculi: *Trollius*, *Nymphaea*, *Sauvageſia*, *Dioſmae* ſpecies, *Cherleria*, *Garidella*, *Strelitzia*, *Heliconia*, *Cardioſpermum?* *Scitamineae*.

l. Glanduloſum corpus calcar terminans: *Tropaeolum*, *Linaria* Juſſ., *Delphinium*, *Aquilegia*, *Impatiens*, *Pinguicula*.

m. Machinulae peculiares: *Aconitum*, *Nigella*, *Reſeda*, *Euphorbia*, *Aſclepias*, *Epimedium*, *Ayenia*, *Corynocarpus* Forſt., *Periploca*, *Pergularia*, *Cynanchum*, *Mahernia*, *Tomex*, *Loaſa*, *Ceropegia*, *Commerſonia*, *Laurus* ſurinamenſis, ſanguinea et hexandra, *Sparrmannia*, *Croſſoſtylis*, *Glabraria*, *Stratiotes*, *Xanthorrhiza*, *Terminalia*, *Chiroſtemon* Cervant.

NECTARILYMA:

Corona ad faucem: *Silene*, *Agroſtemma*, *Lychnis*, *Narciſſus*, *Nerium*, *Melodinus*, *Kölreutera*, *Paullinia*, *Cryptoſtomum*.

Squamae fornicatae faucis: *Aſperifoliae*, *Phylica*, *Jacquinia*, *Omphalocarpon* Paliſot.

Urceolus ſtaminibus contiguus: *Achyranthes*, *Celoſia*, *Pancratium*, *Maſſonia*, *Lecythis*, *Loaſa*, *Caſearia*, *Aquilaria*, *Sandoricum*, *Argophyllum*, *Quiviſia*, *Porteſia*, *Guarea*.

Squamae fornicatae ad baſin floris germen ambeuntes: *Campanula*, *Aſphodelus*, *Phyteuma*.

Proceſſus ſtaminum: *Alyſſum*, *Büttnera* Cav., *Larrea* Cav.

Pili barbati in fundo corollae: *Geranium*, *Scoparia*, *Pinguicula*, *Sauvageſia*, *Struthiola*, *Plukenetia*, *Iris* Sp., *Bauhiniae* Sp.

Pili filamentorum; *Orobanche*, *Celſia*, *Verbaſcum*, *Alectra*, *Pomaria* Cav., *Tradeſcantia*.

Tegmen peculiare: *Paſſiflora*, *Deidamia* Aubert. *Aconitum*.

Corolla nutans aut pendula: *Convallaria*, *Fritillaria*, *Hydrophyllum*, *Campanula* etc.

Antherae conniventes aut concretae: *Solanum*, *Compoſitae* omnes.

Larvata corolla: *Antirrhinum, Linaria, Euphraſia, Melampyrum, Bartſia, Schwalbea, Rhinanthus, Lathraea, Pedicularis, Mimulus, Chelone.*
Papilionacea, ubi alae connivent ſuper carina.

NECTAROTHECA:
Calcar: *Linaria* Juſſ., *Viola, Impatiens, Utricularia, Pinguicula.*
Gibbus corollae: *Fumaria.*
Gibbus baſeos calycis: *Cheiranthus, Biſcutella.*
Baſis corollae: *Pleraeque.*
Cuniculus calycis: *Pelargonium.*

NECTAROSTIGMA:
Striae aut maculae coloris vividioris: *Pelargonium, Viola, Delphinium, Iris* et fere omnes.
Machinula propria eleganter colorata: *Paſſiflora, Napoleona, Deidamia* Aubert.

Dubia nectaria *Orchidearum.*
Epipactis non ſolum nectario, nectarotheca et nectaroſtigmate gaudet, ab ichneumonibus viſitata, ſed peculiarem lamellam roridam etiam habet, ſtigmati et antherae geminae interpoſitam, cui illabens pollen ſolvitur atque ſic attenuatum ſtigmati accedit.
Dubia nectaria *Kramerae* et *Glini.*
Dubia nectaria *Ericae obbatae* Andr. In aliis glandulae circumſtant germen; in hac limbus maximus inflatae corollae in quavis lacinia glandula longitudinali fuſca ornatus eſt.
Dubia nectaria *Doraenae* Thunb. Perſiſtunt enim ſquamae baccam ſiccam coronantes.
Dubia *Commelynae* et *Parnaſſiae;* haec potius antherae ſuccedaneae.
Nec glandulae *Lauri, Adenoſtemonis* et *Dictamni* ſtaminibus inhaerentes huc trahendae.
Nec urceolus peculiaris ſtaminifer *Kleinhoviae* et *Sterculiae.*
Nec corollula hyalina *graminum, Lithophilae, Leſtibudeſiae* Labillard.
Nec utriculus ſeminis *Caricum.*
Nec germinis rudimentum urceolatum *Urticae.*
Nec apex globuloſo-glanduloſus antherarum *Adenantherae, Cephaloti* Labillard., *Pedalii,*

Nec receptaculum carnoſum *Willdenoviae* aut *Kernerae oceanicae:* hoc enim extra corollam.]

111. PISTILLUM intra Antheras communiter collocatur.

Arum ſingulare eſt, ubi elongato receptaculo in clavam, Piſtilla baſin occupant, ſtamina vero ſuperiorem partem; adeoque Piſtilla extra ſtamina et circum ſtamina collocantur.

Calla aethiopica eodem modo ſe habet.

Rumex ſingularis eſt inſertione ſtaminum, [ſic et *Pleurandra* Labill.]

112. STYLUS apici Germinis communiter inſidet; exceptis paucis.

Jungius 39. Stylus ſemper apici fructus ſeminisque cohaeret.

[Id. c. 15. n. 7. In nonnullis ſtylus deeſt, ut in Iride, Tulipa, Papavere: habent tamen hae ſuccedaneum aliquid ſtyli.]

Dillenius, reſponſ. 6. Nullum dari ſtylum, qui non e medio floris, ex medio embryone, qui medium floris occupat, oriatur, cuique tironi notiſſimum.

Excipiuntur varii flores:

1. *Icosandrae polygynae* (Ord. Nat. 35.) *Roſa, Rubus, Fragaria, Potentilla, Tormentilla, Dryas, Geum, Comarum, Sibbaldia, Agrimonia, Alchemilla, Aphanes.*
2. *Suriana, Hirtella,* [*Dorſtenia.*]
3. *Paſſerina, Gnidia, Stelleria.*

113. PERICARPIUM naturaliter clauditur nec repletur minoribus Pericarpiis, ſed ſaepius ſucculentum transit in BACCAM.

Clauditur in plerisque exacte.

Reſeda et *Datiſca* tamen ſemper hiant.

Parnaſſia ſub floreſcentia hiat, dein clauditur.

Foetum dari Pericarpium naturaliter minoribus pericarpiis mihi non conſtat; ubi autem Pericarpia quaſi latent intra aliud, tum exterius Receptaculum commune eſt: ut in *Magnolia, Uvaria, Michelia.* [Si *Piſolithus* Albertini confirmatur, eſt peridium peridiis farctum.]

Bacca eſt ſucculentus fructus proprie ex Pericarpio factus, improprie ex parte qualibet. Finis Baccae, ut ſemina ab animalibus ſerantur: e. gr. *Viſcum*.

Singulares et impropriae Baccae ſunt ſequentes; ubi ſit

Calyx: *Blitum, Morus, Baſella, Ephedra, Coix, Coriaria,* [*Mirabilis.*]

Receptaculum: *Taxus, Rhizophora, Anacardium, Ochna, Laurus, Ficus, Dorſtenia, Fragaria.*

Semen: *Rubus, Magnolia, Uvaria, Michelia, Praſium, Uvularia, Panax, Adonis, Oſteoſpermum.*

Arillus: *Evonymus* (*Celaſtrus* hoc docuit).

[Silicula baccata: *Crambe, Myagrum.*]

Corolla: [*Rumex, Gramina varia.*]

Capſula: *Evonymus, Androſaemum T. Cucubalus, Epidendrum.*

Sicca Bacca: *Linnaea, Galium etc., Tetragonia, Myrica, Trientalis, Tropaeolum, Xanthium, Juglans, Comarum, Amygdalus, Mirabilis.*

Capſula externe: *Dillenia, Cluſia, Nymphaea, Capparis, Moriſona, Stratiotes, Cyclamen, Strychnos.*

Cava: *Staphylaea, Cardioſpermum,* [Capſulae 3 inflatae connatae.] *Capſicum.*

Conceptaculum: *Actaea.* [Vera eſt bacca.]

Legumen: *Hymenaea, Caſſia,* [*Mimoſa,*] *Ceratonia,* [*Tamarindus.*

Galbulus:] *Juniperus.* [Bacca *corticata* vocatur, quae adeo dura eſt, ut pro capſula haberi poſſit, niſi conſtanter eſſet evalvis et maſſam contineret pulpoſam, e. g. Theobroma, Tanaecium, Creſcentia.

Silicula maxime ſingularis *Pugionii cornuti* Gärtn.]

Bacca naturaliter non dehiſcit, quia mollis, et alius finis.

Baccae aggregatae manifeſtiſſimae in *Adonide capenſi* [(Anamenia *Venten.*) et in *Annona ſquamoſa*, ubi Bacca corticata communis includit baccas plures partiales.]

114. COMPLETI Flores ſunt Simplices aut Aggregati.

Diviſio Florum *Vaillantii* haec erat:

Completus Flos gaudet Perianthio et Corolla.

Incompletus caret Perianthio aut Corolla.

Apetalus flos caret corolla, non Perianthio.

Nudus flos caret calyce, non corolla.

Dicitur magis apte nudus, ubi et Corolla et Calyce caret, quod tamen rariſſimum eſt.

Primaria et maxime naturalis plantarum diviſio ex Cotyledonibus deſumta fuit, in Monocotyledones et Polycotyledones; ubi diviſio inter ſimplices et proprie compoſitos flores ſit, praeſupponitur plantam eſſe polycotyledonem.

115. SIMPLEX Flos, cum pluribus floribus nulla pars fructificationis communis eſt.

Simplex flos intra Perianthium aut Corollam unicam Thalamum conſtituit.

Fructus compoſitus ſ. multicapſularis nequit florem compoſitum conſtituere.

116. AGGREGATUS Flos, cum floſculis pluribus aliqua pars fructificationis communis eſt; diciturque Aggregatus proprie vel *Compoſitus* vel *Umbellatus*, vel *Cymoſus*.

Aggregatus ſit flos, cum plures floſculi mediante aliqua parte fructificationis omnibus communi ita uniuntur, ut alter floſculus demtus deſtruat formam totius, cujus pars eſt.

Commune in his eſt, *Receptaculum* aut *Calyx*.

Floſculus dicitur flos partialis floris aggregati.

Modi florum aggregatorum ſeptem primarii ſunt.

1. *Umbellatus* flos habet Receptaculum diviſum in pedunculos, omnibus eodem centro exeuntibus.
2. *Cymoſus* flos habet Receptaculum, diviſum in pedunculos, ex eodem centro univerſali enatos, pedicellis vero vage prodeuntibus.
3. *Compoſitus* flos habet Receptaculum dilatatum integrum, floſculis ſeſſilibus.

4. *Aggregatus* flos (proprie dictús) habet Receptaculum dilatatum, floſculis inſidentibus pedunculis: [Diſtinguuntur artificialiter aggregati flores a compoſitis libertate antherarum, quae in his concretae ſunt.] E. gr.
Scabioſa, Knautia, Dipſacus, Cephalanthus, Globularia, Protea, Brunia, Barreria, Statice T.

5. *Amentaceus* aggregatus flos habet Receptaculum filiforme diſtinctum ſquamis amentaceis:
Xanthium, Ambroſia, Parthenium, Iva, Alnus, Betula, Salix, Populus, Corylus, Carpinus, Juglans, Fagus, Quercus, Liquidambar, [Caſuarina,] Pinus, Ephedra.

6. *Glumoſus* aggregatus flos habet receptaculum filiforme, cujus baſis inſtruitur gluma communi.
Bromus, Feſtuca, Avena, Arundo, Briza, Poa, Aira, Uniola, Cynoſurus, Melica, Elymus, Lolium, Triticum, Secale, Hordeum, Scirpus, Cyperus, Carex.

7. *Spadiceus* aggregatus flos eſt, ubi receptaculum intra ſpatham, pluribus floſculis communem.
Spadix ſubdiviſus eſt in *Palmis.*
Simplex tectus undique floſculis; *Calla, Dracontium, Pothos.*
inferne: *Arum.*
altero latere: *Zoſtera.*

117. COMPOSITUS Flos eſt aggregatus (116) continens floſculos plures ſeſſiles, Receptaculo communi integro, et Perianthio contentos, ſed antheris in cylindrum connatis inſtructos.

Proprietates floris compoſiti ſunt:
a. Receptaculum commune ampliatum indiviſum.
b. Perianthium commune floſculos omnes cingens.
c. Antherae 5 in cylindrum connatae.
d. Floſculi ſeſſiles monopetali.
e. Germen monoſpermum proprium ſub ſingulo floſculo.

Eſſentiale compoſitis eſt, habere antheras connatas

in cylindrum, et ſemen unicum ſub ſingulo floſculo.

Obſerva, dari compoſitos flores, cujus calyx unico floſculo inſtruitur, *e. g. Echinops*, *Stoebe*, *Corymbium*, *Artemiſia unica.* [Stoebe cinerea Thunb. eadem eſt planta, quam Linn. hort. Cliff. dixerat Artemiſiam floribus ſimplicibus, quod jam quidem monuit Meeſius (het XIX. claſſ. opgehelderd p. 31.). Is etiam jure ſuo reprehendit locum, quem Corymbium in prioribus ſyſt. editionibus obtinuerat.]

Triplices numerantur vulgo flores compoſiti.

a. Ligulati (Semifloſculoſi *Tournef.*) cum corollulae floſculorum omnes planae, verſus exterius latus expanſae ſunt. *Diſcus* eſt centrum; *Radius* ambitus.

b. Tubulosi (Floſculoſi *Tournef.*) cum corollulae floſculorum omnes tubuloſae ſubaequales ſunt.

c. Radiatae, cum Corollulae diſci tubuloſae, in ambitu vero floſculi difformes ſunt:
vel in ambitu floſculis ligulatis (*Radiati Tournef.*)
vel in ambitu floſculis tubuloſis: *Centaurea.*
vel in ambitu floſculis ſubnudis: *Artemiſia, Gnaphalium.*

Conſtat compoſitus Flos ſaepius floſculis pluribus, rarius numero determinatis.

Ligulatus floſculis 5. *Prenanthes.*

Tubuloſus floſculis [2. *Humea* elegans Smith.
3. *Eupatorium* foeniculaceum *Walt.*
4. *Piqueria* trinervia Cav. *Mikania* Huaco de Rieux, chenopodifolia Willd. tomentoſa Willd.
5. *Mikania* meliſſaefolia Willd. *Eupatorium* album, chinenſe, meliſſoides.
15-18. *Eupatorium* glutinoſum.
18-28. *Eupatorium* aromaticum.]

Radiatus floſculis radii multis: *Pleraeque.*
20. *Arctotis*, [*Georgia.*]
12. *Rudbeckia.*
10. *Tetragonotheca*, *Oſteoſpermum.*
8. *Coreopſis*, *Othonna.*
5. *Achillea*, *Eriocephalus*, *Baltimora*, *Mi-*

cropus, [*Verbeſina*, *Pectis*,] *Melampodium*. *Chryſogonum*, *Tagetes*, [*Galinſogea*.]
ß. *Sigesbeckia*.
γ. *Milleria*, [*Schkuhria*.]

118. UMBELLATUS Flos (116) eſt aggregatus, floſculis pluribus inſidentibus receptaculo in pedunculos faſtigiatos, omnes ex eodem puncto productos.

CYMA (116) vero flos eſt aggregatus ex floſculis pluribus inſidentibus receptaculo in pedunculos faſtigiatos, primores ex eodem puncto productos, poſteriores autem ſparſos.

Umbella eſt, ubi Pedunculi omnes ex eodem centro ambitu aequali exeunt.

Simplex umbella, ubi receptaculum ſic ſemel dividitur in pedunculos: *Cornus*, *Spiraea* [*opulifolia*.]

Composita umbella, ubi omnes pedunculi communes ſubdividuntur in umbellulas.

Umbellula itaque partialis umbella eſt.

Proprietates umbellatorum florum proprie ſic dictorum ſunt:

a. *Receptaculum* commune diviſum in pedunculos e centro ſ. puncto eodem ortos, ambitu aequales, ſive inde umbella *plana* ſ. *convexa* ſ. *concava* evadat.
b. *Germen* ſub corollula.
c. *Stamina* 5 diſtincta, decidua.
d. *Piſtillum* bifidum.
e. *Semina* duo, connexa ſummitate.

Conſtat involucro, umbella, radio diverſis.

Involucrum univerſale 4phyllum: *Hydrocotyle*, *Siſon*, *Cuminum*.
5phyllum: *Bupleurum*, *Scandix*, *Bubon*.
7phyllum: *Liguſticum*.
10phyllum: *Artedia*.
partiale dimidiatum: *Aethuſa*, *Coriandrum*, *Sanicula*.
[monophyllum: *Seſeli Hippomarathrum*.

connatum: *Bupleurum ſtellatum.*]

Umbella diſco *maſculo: Aſtrantia, Caucalis, Artedia, Oenanthe, Scandix.*

radiata, petalis marginalibus majoribus: *Tordylium, Caucalis, Coriandrum, Ammi, Heraclei ſpecies.*

Cyma, uti umbella, omnes pedunculos primarios, ex eodem centro educit, partiales vero vagos ſpargit: [*Viburnum Opulus, Cornus ſanguinea.*]

Receptaculum ſic productum eſſe docet Involucrum; demonſtrat *Cornus ſanguinea*, quae uti *Tinus* aut *Viburnum* pedunculis ramificatur.

119. LUXURIANS Flos tegmenta fructificationis ita multiplicat, ut eſſentiales ejusdem partes deſtruantur; eſtque vel *Multiplicatus*, vel *Plenus*, vel *Prolifer*. *Mutilus* autem dicitur is flos, qui Corollam excludit.

Tegmentum floris eſt Perianthium et Corolla.

Fit luxurians, dum aliae partes numero augentur, ut aliae excludantur.

Oritur luxurians flos plerumque ab alimento luxuriante.

Mutilus flos nobis eſt, qui corollam non promit, quamquam eandem promere deberet; hoc autem plerumque fit a defectu ſufficientis caloris. [Saepius tamen naturae lex eſt: mutili enim flores *Violae odoratae, mirabilis, montanae* et *ſuffruticoſae* ſunt fertiles, priores ſteriles.]

Ipomoea. Fl. Zeyl. 79.
Campanula pentagona. Hort. upſ. n. 3.
Ruellia. Hort. upſ. 179.
Violae variae. (Diſſ. ſem. Muſcor.)
Tuſſilago Anandria.
Cucubalus Fl. ſuec. 363. lapp. 181.

120. MULTIPLICATUS (119) Flos de *Corolla* multiplicata, ſalvis quibusdam Staminibus communiter praedicatur, eſtque

Duplicatus vel Triplicatus. *Perianthium* et *Involucrum* raro; *Stamina* vix unquam multiplicatum conſtituunt florem.

Diſtinguo Multiplicatum florem a pleno, quod in *Pleno* Corolla ita multiplicata eſt, ut ſtaminibus vix ullus locus. *Multiplicatus* vero praedicatur de ſerie duplici, triplici, aut quadruplici corollae auctiore.

Duplicatus flos adeoque primus et minimus gradus plenitudinis eſt.

Triplicatus corollâ triplo auctior evadit.

Campanula fol. urticae, flore duplici et triplici. Tournef.

Stramonium flore altero alteri innato. Vaill.

Stramonium flore violaceo duplici triplicive. Tournef.

Monopetali ſaepius multiplicantur; rarius pleni evadunt.

Polypetali non raro multiplicantur; e. gr. *Hepatica, Anemone.*

Perianthium raro multiplicatum florem conſtituit.

Dianthus Caryophyllus ſpicam frumenti referens. E. N. C. cent. 3. p. 368. t. 9. in hoc ſquamae calycinae augentur in infinitum, ut conſtituant integram ſpicam modo ſingulari. vid. *Hort. cliff.* 164.

Gramina alpina plena evadunt, dum glumae in folia excreſcunt: *Feſtuca ſpiculis viviparis.* Fl. ſuec. 94. [Fit id potius bulbillis innatis, ut in Agroſtide vulgari, Poa bulboſa et aliis.]

Salix roſea, ubi, deſtructis ſtaminibus aut piſtillis ab inſectis, amenti ſquamae in folia enaſcuntur.

Plantago roſea, cum bracteae ſpicae excreſcunt in folia.

Caveas, ne Perianthium coloratum pro multiplicato ſumas, licet ſit gradus monſtroſitatis, e. gr.

Primula prolifera odorata. Tournef.

Primula prolifera, flore majore. Tournef.

Primula prolifera, flore purpureo. Tournef.

121. PLENUS (119) Flos, cum Corolla adeo

multiplicatur, ut Stamina omnia excludantur.

Fit dum Stamina excreſcunt in Petala, haec replent flores, et ſaepius ſuffocant piſtillum, praeſertim dum omnia ſtamina excluſa ſunt.

Polypetali ſaepius fiunt pleni:

Malus, Pyrus, Perſica, Ceraſus, Amygdalus, Myrtus, Roſa, Fragaria.

Ranunculus, Calthà, Hepatica, Anemone, Aquilegia, Nigella.

Papaver, Paeonia, Dianthus, Silene, Lychnis, Coronaria.

Lilium, Fritillaria, Tulipa, Narciſſus, Colchicum, Crocus.

Cheiranthus, Heſperis, Malva, Alcea, Hibiſcus.

Monopetali rarius implentur:

Primula, Hyacinthus, Datura, Polianthes.

[Etiam compoſiti: *Achillea Ptarmica, Georgia purpurea, Anthemis artemiſiaefolia.*]

Steriles eſſe plenos, et ratio §. 150.

Genera non conſtituere plenos § 184. 185.

Anthophilorum et *Hortulanorum* deliciae ſunt flores pleni.

122. Multi plantarum ordines naturales flores luxuriantes exhibere nequeunt.

Ejusmodi ſunt praeprimis ſequentes:

Apetalae (ord. nat. 12. 15.).

Verticillatae (ord. nat. 42.).

Perſonatae Tournef. (ord. nat. 40.) excepto *Antirrhino.*

Aſperifoliae Raj. (ord. nat. 41.).

Stellatae Raj. (ord. nat. 47.).

Umbellatae Raj. (ord. nat. 45.) excepta umbella prolifera.

Papilionaceae (ord. nat. 32.) raro plenos flores producunt: ut

Ternatea flore pleno caeruleo. T.

Coronilla herbacea fl. vario pleno. T.

Anthyllis vulgaris flore pleno, Nobis viſa.

Spartium.

123. PROLIFER (119) Flos fit, cum intra florem (ſaepius plenum) alii flores enaſcuntur. Prolifer autem *Frondoſus* dicitur, cum proliferi proles folioſa fit.

Prolifer flos, ubi ex uno flore alius enaſcitur.
Proliferi flores fiunt ex cauſſa plenitudinis aucta.
Proliferi (non Compoſitorum florum) fiunt e Piſtillo, adeoque e centro floris pleni enaſcuntur Proles.
Frondoſus prolifer rariſſimus eſt, viſus in *Roſa, Anemone* etc.
Prolifer autem prole florifero frequens eſt.

[*Scabioſa Columbaria ochroleuca frequentiſſima prolifera.*]
Ranunculus radice tuberoſa, flore pleno et prolifero. CB.
Ranunculus, aſphodeli radice, prolifer miniatus. CB.
Anemone latifolia, pavo dicta major, prolifera. CB.

124. PROLIFICATIO (123) florum *Simplicium* (115) e Piſtillo; *Aggregatorum* (116) vero e Receptaculo fit.

Prolificatio fit duplici modo, vel

a. Prolificatio e centro, ſ. ex Piſtillo enato in prolem, uno pedunculo peragitur, fitque in floribus non compoſitis.
Dianthus: Caryophyllus altilis major, flore pleno prolifero. [Elsholtz.]
Ranunculus radice tuberoſa, fl. pleno et prolifero. Tournef.
tuberoſus anglicus polyanthos. Vaill.
Anemone latifolia pavo dicta, prolifera. Tournef.
pavota latifolia multiplex. Valent.
Geum flore uno alteri innato. Tournef.
flore triplici, ſecundo primi, tertio ſecundi calyci innato. Tournef.
Roſa rubra prolifera.

b. Prolificatio e latere, ex calyce communi proles

plurimos

plurimos pedunculatos emittens, ſit in compoſitis Aggregatis proprie dictis.
Bellis hortenſis prolifera. C. B.
Calendula prolifera. C. B.
Hieracium falcatum proliferum, C. B. prodr. 64.
Scabioſa, foliis gingidii prolifera.
Umbellati dum proliſicantur, augent umbellulam, ut ex umbellula ſimplici altera exeat.
Cornus: Periclymenum humile, flore flori innato. Act. havn. IV. p. 346.
Supradecompoſita umbella ſit ſimiliter ex Compoſita.
Selinum paluſtre, non raro.

125. IMPLETIO florum ſimplicium vel Petalis vel Nectariis peragitur.

Alia eſt plenitudo florum Simplicium, Compoſitorum alia.
Aquilegia triplici modo impletur:
a. Petalis multiplicatis: Nectariis excluſis.
Aquilegia flore roſeo. C. B.
b. Nectariis multiplicatis; Petalis excluſis.
Aquilegia flore multiplici. C. B.
c. Nectariis multiplicatis, Petalis permanentibus 5, ita ut petala quinque perſiſtant, his interjecta ſunt Nectaria ubique tria, quae ſe invicem deglutiunt.
Nigella flore pleno: Cui
Petala 5 inferiora ovata integra; reliqua implentia multifida triloba plana; ergo haec a nectariis multiplicatis orta.
Narciſſus vel ex Petalis et Nectario multiplicatis impletur,
vel Nectario pleno, petalis non multiplicatis.
Delphinium impletur plerumque Petalis planis, nectario excluſo.
Singularis et metamorphoſis *Saponariae* anglicanae, quae ſit ex pentapetala vere monopetala.
Maxime Singularis *Peloria,* [de qua vid. *Linn.* amoen. acad. 1. p. 55. ſ.]

126. Multiplicantur (120) ſaepius Flores in

K

Corolla Polypetala; Duplicantur autem frequentius in Monopetala. Flores tamen Monopetalos eſſe ſimulque Plenos, contradictorium non eſt.

Kramer 6. Monopetalos flores et ſimul plenos eſſe contradictiones ſtatuit; ſed negant *Colchicum, Crocus, Hyacinthus, Polianthes.*

Flores monopetali per lacinias Limbi; Polypetali per Petala implentur.

[*Viburnum*] *Opulus* rariſſimum plenitudinis exemplum ſuppeditat; Opulus vulgaris enim gaudet Cyma, quae conſtat floſculis hermaphroditis numeroſis campanulatis in diſco; in ambitu vero ſ. radio floribus ſterilibus ex corolla plana rotata; in Opulo flore globoſo omnes flores diſci evadunt ſimiles radii, ſcilicet corollis rotatis magnis ſterilibus, adeoque more compoſitorum florum impletur Opulus ſola magnitudine ſterilitante. [Similis ſtructura *Hydrangeae.*] Hinc etiam *Cymae* natura proxime accedit ad *Umbellam*, quod et *Cornus mascula* umbellata collata cum *Corno ſanguinea* indicat.

127. COMPOSITI (117) flores implentur (121) vel Petalis tubulatis vel planis.

Compoſiti Syngeneſiae flores intelliguntur ex dictis. Conſtant hi vel corollulis fiſtuloſis (Floſculoſis T.). vel corollulis ligulatis (Semifloſculoſis T.). vel corollulis fiſtuloſis diſci, ligulatis ambitus (Radiati T.).

Impletio, hiſce intellectis, fit in compoſitis, duplici modo.

a. Pleni per Radium in Radiatis, dum Radius multiplicatus expellit diſcum floris:
Helianthus, Calendula, Chryſanthemum.
Anthemis, Matricaria, Ptarmica, Tagetes.
Matricaria flore pleno. CB.
Centaurea, Cyanus, [*Georgia.*]

b. Pleni per diſcum, cum radius non multiplicatur, ſed corollulae diſci elongantur et ore mi-

nus dividuntur; quibusdam radius plenus etiam ſit ſiſtuloſus.

Matricaria foliis florum ſiſtuloſis. H. A. P.
Bellis hort. rubr. flore multiplici ſiſtuloſo. T.
Tagetes max. rect. flore multiplicato. Herm. lugdb.
flore ſiſtuloſo duplicato. Herm. lugdb.
Serratula [*arvenſis*] ſit plena corollulis elongatis et majoribus.

128. Flores ſimplicium (115) Pleni (122) differunt a compoſitis naturalibus (118), quod pleni illi Piſtillum commune in centro floris; compoſiti vero ſtamina et piſtilla propria obtineant.

Canon inſervit Tironi; ſit e. gr.
Compoſitus Flos naturalis e ſemifloſculis. *Hieracium.*
Simplex Flos impletus polypetalus. *Lychnis.*
tum *Hieracio* petalis propria ſtamina et piſtilla.
at *Lychnidi,* Piſtilli communis rudimentum adſit.
Compoſitis ergo fructus, ſtamina et piſtilla ſingulo petalo propria, ſimplicium vero plenis Floribus Piſtillum et fructus communia.
Nymphaea itaque *lutea* flore non eſt compoſito, nec pleno.

129. Flores compoſiti petalis planis pleni differunt a ſuis non plenis, quod ſtigmata in his elongentur et germina aucta divergant.

Canon diſtinguit Semifloſculoſos T. plenos a non plenis ligulatis.
Scorzonera latifolia ſinuata, floribus plenis. C. B. T.
Lapſana vulgaris, floribus plenis. Upſaliae frequens.
Tragopogon vulgaris, flore pleno, 1733 Upſaliae viſus.
Germina cylindrica, duodecies calyce longiora, divergentia.

Pappus ſeminum duplo major, quam in naturali.
Petala et Stamina et Stylus ut in vulgari.
Stigmata 2, filiformia, longitudine petali, longiſſima, non revoluta, ſed varie inflexa.

130. Flores compoſiti pleni e petalis planis (127) differunt a compoſitis naturalibus (117) petalis planis, quod pleni illi antheris deſtituantur, quibus naturales gaudent.

Canon inſervit pro diſtinctione inter Semifloſculoſos T. et Radiatos flore pleno. e. g. inter *Hieracium* et *Chryſanthemum*.

a. Compoſiti pleni flores e petalis planis fiunt ex Radiatis T. dum implentur, ſi radius diſcum totum occupat: ut in *Chryſanthemo, Helianthο, Calendula.*

b. Compoſiti naturales petalis planis ſunt Semifloſculoſi Tournef. ut *Hieracium, Leontodon, Sonchus.*

Hi duo flore *a. b.* facile ludunt Tirones.

Semifloſculoſi T. Floſculi nunquam niſi hermaphroditi viſi.

Radiati pleni vero nunquam viſi ſunt antheris inſtructi.

Sic Tagetis flores pleni gaudent piſtillis ſine Staminibus ad ſingulos floſculos; at vero Leontodon et ſtaminibus et piſtillis.

131. Radius in flore Compoſito naturali (117), ſi piſtillis inſtruitur, omnes quoque pleni flores piſtillis inſtruuntur; ſi vero deſtituitur, etiam deſtituuntur pleni.

Radiati T. ſaepius ita implentur, ut radius diſcum excludat, tum evadunt omnes floſculi implentes ſimiles radio naturali e. gr. *Matricaria, Bellis, Chryſanthemum, Tagetes* flore pleno, ad ſingulum floſculum ſ. petalum ſtylo proprio inſtruuntur. *Helianthus, Calendula, Centaurea* flore pleno, cum diſcus extruditur a multiplicato radio, obſerves ſingulum petalum carere ſtylo, quemadmodum radius.

Cum itaque nullus radii floſculus, in flore naturali Radiato, gaudeat Antheris, ſequitur etiam facillima diſtinctio inter ſemifloſculoſos T. et Radiatos plenos. (130).

V. SEXUS.

132. Initio rerum, ex omni ſpecie viventium (3) unicum ſexus par creatum fuiſſe contendimus.

Oratio Linnaei de Telluris habitabilis incremento. Upſ. et Lugdb. 1743. hanc Sententiam explicat. (Amoen. ac. 2. p. 430.)

Aqua quotannis ſubſidit; unde Tellus amplior evadit. [Cf. *Bergmanni* phyſiſk beſkrifning öfver Jord-klotet, p. 260-268. Haud ſubſidit tamen aqua ubique. Maſſilia ante 2000 annos eundem ſitum mari vicinum habuit quem hodie: totum litus Italiae ante hos 2500 annos idem erat, quod hodie. Nuper etiam *Wredius* acutiſſimus auctor longe aliam et ſpecioſiſſimam quidem geogoniae theoriam publicavit, quae, aſtronomiae et matheſeos legibus ſtabilita, multo graviorem nobis praebet, hic autem non repetendam, informationem earum mutationum, quas globus noſter terraqueus paſſus fuit. Cf. *Skjöldebrand* voyage pittoresque au Cap Nord. Stockh. 1805. 8. (de portubus ſinus Bothnici).]

Plantae diverſae indicant altitudinem perpendicularem terrae. [Quod, quanta induſtria et ſagacitate *Humboldtius* in alpibus altiſſimis globi noſtri terraquei indagaverit, nemini non notum eſt.]

Fertilitas ſeminum in plantis ſaepe inſignis, ex una radice unica aeſtate ſemina *Zeae* 2000, *Inulae* 3000, *Helianthi* 4000, *Papaveris* 32000, *Nicotianae* 40320, [Neſcio, fertiliorne ſit planta quaedam annua quam *Poa abyſſinica*, cujus unicum granum, ſtudioſe cultum, dedit mihi, calculo facili; plus quam 40,000 grana, Quid quod *Dodartus* tra-

didit, *ulmum* una aeſtate 529,000 ſemina tuliſſe. Hac fertilitate ſtupenda antecellunt plantae ipſa animalia, quorum fertilitas fere ſumma eſt, quam *Bonnetus* in Gado Merlucio obſervavit, ut 100,000 ovula in eo numeraret. Tamen, ſi *Reaumurio* fides habenda, Proletella uno anno 200,000 foetus gignit.]

Accedunt viviradices, perennitas, Gemmae.

Gemmae totidem Herbae, ergo in una arbore, trunco vix ſpithami latitudinem excedente, Herbae ſaepe 10000.

Disſeminatio Naturae ſtupenda eſt.

Aëris vis, praeſertim vere et autumno procellae.

Erigeron [canadenſe] ex America diſſeminatum per Europam.

[*Anaxagoras* apud *Theophraſt.* hiſt. plant. lib. 3. c. 2. *Τὸν ἀέρα πάντων ἔχειν σπέρματα, καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά.*]

Fructus elevatur per caulem.

Scandentes itaque factae, ut attollant fructum.

Capſulae apice dehiſcunt.

Volitantia Pappo plumoſo: *Compoſitae, Valeriana.*

pilоſo: *Compoſitae, Stapelia,* [*Bombax.*]

calyce: *Compoſitae, Scabioſa, Statice, Lagoecia, Brunia, Trifolium.*

cauda: *Pulſatilla, Populus, Typha, Lagurus, Arundo, Saccharum.*

Ala Seminis: *Abies, Liriodendrum, Betula, Plumeria, Bignonia, Conocarpus, Anethum, Artedia, Heſperis, Coriſpermum,* [*Triopteris, Tetrapteris, Molina, Baniſteria, Flabellaria, Gouania.*]

Pericarpii: *Acer, Fraxinus, Iſatis, Begonia, Haematoxylon, Ulmus, Ptelea, Dioſcorea.*

Calyce: *Humulus, Rajania, Rumex.*

Inflatione, ut volumen laevius evadat:

Calyce: *Phyſalis, Cucubalus, Trifolium.*

Pericarpio: *Colutea, Fumaria, Staphylea, Cardioſpermum, Cicer.*

Elaſticae longe propellunt Semina.

Cartilagine: *Tricoccae* (ord. nat. 38.), *Impatiens, Oxalis, Dioſma, Dictamnus.*

Mucrone: *Juſticia, Ruëllia, Barleria, Lathraea.*
Fibris: *Momordica, Cucumis, Cardamine.*
Reptatu: [*Centaurea, Avena ſterilis,*] *Geranium, Sigesbeckia.*
[Annulo elaſtico:] *Filices.*
{Periſtomio hygrometrico: *Muſci frondoſi.*
Machinulis ſpiralibus: *Jungermannia.*]

Adhaerentia animalibus hamorum ope, quae in ruderatis creſcunt.
Calyce: *Arctium, Agrimonia, Neurada, Rhexia, Aſperugo, Rumex, Urtica, Parietaria, Plumbago, Linnaea, Sigesbeckia.*
Pericarpio: *Triumfetta, Bartramia, Heliocarpus, Petiveria, Triglochin, Martynia, Hedyſarum, Glycyrrhiza, Scorpiurus, Vella, Circaea, Valantia, Aparine,* [*Acaena.*]
Seminibus: *Cynogloſſum, Myoſotis, Verbena, Daucus, Caucalis, Sanicula, Bidens, Verbeſina, Arctopus.*

Animalia, quae ſemina integra deglutiunt, diſſeminant cum foenore: *Viſcus, Avena, Juniperus, Epidendrum.*
Baccae creatae, ut diſſeminentur ob pulpam. [Ea teleologia contraria eſt naturali philoſophiae: malo cum *Bergmano* dicere: Förſynens ſtyrelſe, medel och ändamål äro högſte Vishetens enlige, men deſſe hemligheter äro oſs för höge at urſkilja. (Phyſiſk beſkrifn. öfver Jord-klotet, p. 269.).]
Sub Manducatione Semina diſpergunt Sciuri, Mures, Monedulae.
Fodiunt Talpa, Erinaceus, Lumbricus, ut terra recipiat.

Flumina, Mare, Lacus, Imbres, Aeſtus juvant.
[Nux medica Clutii, Cocos de Maldiva Rumphii, fructus *Boraſſi Sonnerati,* in ſola inſula Praslin ſpontanei, appellitur litora Indiae orientalis. Idem dictum eſt de balſamo *Amyridis ambroſiacae* braſilienſis, ut Ambrae ortum inde exponerent: ſed ortus ejus ſubſtantiae animalis evictus eſt.
De Neſſo, flumine Abderitico, narrat *Theophra-*

ſtus (hiſt. lib. 3. c. 2.) alveo ſaepius mutato tantum ὕλης eodem congerere ὥςε τῷ τρίτῳ ἔτει συνηρεφεῖν i. e. ut opaca reddantur fruticibus et herbis.]
Anaſtatica exemplo mirabili et ſtupendo.
Conſervatio naturalis ſeminum: *Caſſia*, *Mimoſa*, *Cucumis*. [Quo profundius in terra jacent, quo minus aër externus ſemina adit, eo diutius vim germinandi ſervant.
Cf. *Norberg* in Schwed. Abhandl. 1757. S. 53.
Bjerkander ib. 1782. S. 289.
Wächter im Hercyniſchen Archiv, St. 4. S. 640.]
Maris fundus non deſtruit Semina.
Similitudo eludit animalia: *Salicornia*, *Medicago*.
Plantae occultant: *Arachis*, *Trifolium*, *Lathyrus*, *Valantia*, [*Secale proſtratum* Pall.]
Armis ab animalibus defenduntur, appropriatis *ſpinis*, *aculeis*, *caulibus*. [Cf. *Bergmanum* ſupra allegatum.]
Carnoſae propagantur foliis, [ſi modo folia volueris nominare articulos Cacti; de Meſembrianthemis tamen certum eſt et de Citro.]
Arbores ſingulae ſunt uti hortus circumſeptus, miro naturae conſilio.

133. Vegetabilia, ſenſatione licet deſtituantur, aeque tamen ac animalia *vivere* (3) probat *Ortus*, *Nutritio*, *Aetas*, *Motus*, *Propulſio*; *Morbus*, *Mors*, *Anatomia*, *Organismus*.

Ortus ex Semine vel Gemma.
Nutritio ex humo tenuiſſima *Kylbel*. cum aqua et aëre *Hales*. [acido carbonico *Ingenhouſs*, *Sauſſure*.]
Aetas: infantia, pueritia, adoleſcentia, virilitas, ſenectus: *Arbores*, *Hedera*. [Hedera infantilis fol. lanceolatis, juvenilis quinquelobis, virilis trilobis, ſenilis ovatis gaudet.]
Motus: Horam diei obſervant flores *ſemifloſculoſi* et varii alii.
Pluviam praeſagit mane *Calendula*.
Noctu nutat: *Draba*, *Parthenium foliis ovatis crenatis*, *Trientalis*.

flacceſcit *Impatiens, Amorpha;*
reflectitur *Sigesbeckia, Triumfetta;*
clauduntur *Mimoſae, Papilionaceae, Lomentaceae;*
componitur *Tamarindus;*
De die autem vigilant patentibus foliis.
Solem ſequitur *Reſeda Luteola*, et flores *ſemiflosculoſi.*
Defectus motus ex umbra aut ſylva, hinc diverſa ſtatura *Pini* aliorumque.
[Irritabilitas ſtaminum: *Cacti, Ciſti, Rutae, Berberidis, Parnaſſiae, Parietariae.*
Desfontaines mém. de Paris, 1787. p. 468. *dal Covolo* im Naturforſcher, St. 6. p. 216. ſ.
Kölreuter in nov. act. petrop. 6. p. 207.
Humboldt in *Uſteri's* Annal. der Bot. St. 3. S. 7. ſ.
Irritabilitas foliorum: *Droſerae, Dionaeae, Averrhoae, Mimoſarum, Smithiae, Oxalidis ſenſitivae, Onocleae ſenſibilis,*
Ötinger in *Ludwig* del. opuſc. vol. 1. p. 272. ſ.
Öhme in Beſchäftig. der berlin. Geſellſch. nat. Freunde, B. 2. S. 79. 3. S. 138.
Roth Beitr. zur Botan. 1. p. 60.
Bruce im Magaz. für Bot. 1. p. 96. ſ.
Smith ib. 7. p. 78.
Comparetti mém. de Turin, 5. p. 209.
Irritabilitas peculiaris Conſervarum oſcillatoriarum. (*Müller* Schrift. der berlin. Geſ. naturf. Freunde, 4. p. 171. *Sauſſure* Journ. de phyſ. 37. p. 401. *Olivi* in Uſteri's Annalen der Bot. 6. p. 30. ſ. *Schrank* ib. 9. p. 1. ſ.)
Motus quaſi ſpontaneus Hedyſari gyrantis. (*Pohl* Samml. zur Phyſ. 1. p. 502. *Brouſſonet* Journ. de phyſ. 30. p. 364. ſ. *Hufeland* in *Voigt's* Magaz. B. 6. St. 3. S. 5. ſ.)]
Propulſio, non enim datur in plantis Circulatio.
Morbus: Aeſtus, Sitis, Pernio, Fames, Polyſarcia, Cancer, Inſecta.
Mors, Oppoſitum vitae eſt.
Anatomia: Vaſa, Utriculi, Tracheae, Cutis, Epidermis.
Organiſmus: Vaſa ſecretoria, Glandulae,

134. Omne vivum ex ovo; per conſequens etiam vegetabilia; quorum Semina eſſe *Ova*, docet eorum Finis, ſobolem parentibus conformem producens.

Vivum omne ex ovo provenire exclamavit *Harvaeus*. Finis et Eſſentia ovi conſiſtit in puncto vitae.

135. Vegetabilia ex ovo (134) provenire, dictitat Ratio et Experientia; confirmant Cotyledones.

Semina in omni planta adeſſe nemo ſanus negavit; *Polypi* nec deſtituuntur ovis.

Radices, facile omnes, Polypi naturam ſervant, uti patet ex Gemmis, viviradicibus, Stolonibus.

Cotyledonum praeſentia in omni planta prodeunte evincit ſemen adfuiſſe;

Generatio aequivoca dudum experimentis exploſa eſt; et Cotyledonum praeſentia optime deſtruitur. [De his ad §. 139.]

136. *Cotyledones* animalium proveniunt e Vitello ovi, cui punctum vitae innaſcitur; ergo Folia ſeminalia plantarum, quae Corculum (86. VI.) involverunt, idem ſunt.

Cotyledones et *folia ſeminalia* ſunt ſynonyma in plantis.

Cotyledones *lactiferi* alunt Plumulam usque dum radices egerit, uti Placenta ſ. Cotyledones in Animalibus.

137. Prolem non ab *Ovo* tantum, nec a *Genitura* ſola, ſed ab *utrisque* ſimul prodire, probant *Animalia, Hybrida, Ratio, Anatomia.*

Vermiculi ſeminales Leuwenhoekii non entia ſunt; ſunt tamen corpuſcula, ſed non viva per ſe; interim foecundant.

Hybrida ex diverſis ſpeciebus animalia; e. gr. *Mu-*

lus ex Equa et Aſino; parenti neutri exacte ſimilis. [*Kölreuteri* experimenta.]
Anatomia: Placentae funiculique umbilicalis conſideratio.
Ratio: vitia hereditaria, Canes, Gallinae.

138. Ovum non foecundatum germinare, negat omnis experiantia; adeoque et Ova vegetabilium.

139. Omnis ſpecies Vegetabilium (157) flore et fructu inſtruitur; etiam, ubi viſus eosdem non aſſequitur.

[Fuſe et, ut ſolet, erudite, totum hunc canonem *Io. Jungius* iam illuſtravit (iſag. phytoſc. c. 4.).]
Muſcorum ſemina [*Linnaeus* et *Hedwigius;*
Filicum ſemina primus Andr. *Caeſalpinus* (de plant. lib. 1. c. 14.). „Quaedam aliquid ferunt, quod proportione reſpondet ſemini, nam per id viſae ſunt propagari: eſt autem lanugo quaedam foliis inſidens, ut Filix, Adiantum, Phyllitis.“ Tum Valer. *Cordus* (annot. in Dioſc. lib. 2. c. 188.), Jo. Bart. *Porta* (phytognom. p. 239.), *Moriſonius*, *Grewius* et *Malpighius*.]
Fucorum flores obſervavit *Réaumur* [(mém. de Paris, 1711. p. 371.). Faſciculos pilorum credidit eſſe flores. Obſtant autem: 1. *Baſtero* obſervante ii faſciculi duntaxat tenerrimis inſunt plantis. 2. *Stackhouſio* animadvertente ſolo maris refluxu adſunt, evaneſcunt fluxu. 3. Tanto numero ſaepius obtegunt fucorum quorumdam ſuperficiem, ut numerari fere nequeant. 4. *Gmelini* fide, vix ſex aut ſeptem ſpecies fucorum penicillis iis onuſtorum exſtant. Penicilli illi vel ſunt polyporum producta, vel vaſcula nutrientia. Nuper vero gloriati ſunt iuvenes, de fucorum hiſtoria meriti (*Weberus* et *Mohrius*) ſemet inveniſſe antheras fucorum, id quod ipſis relinquo demonſtrandum.
Filicum partes maſculas primus *Michelius* (catal. plant. hort. flor. app. p. 135.) credidit detexiſſe. Eſſe eas pilos glanduliferos frondium juniorum, quo

habuit *Hedwigium* partim adſentientem. *Stehelinus* et *Hillius* exiſtimarunt in annulo elaſtico capſulas filicum cingente foecundans reperiſſe organon, quo partim conſentientem invenerunt *Schmidelium*. *Gleichenius* orificiis frondium abſorbentibus, *Kölreuterus* induſio id munus foecundationis tribuerunt. Nuperrimis tandem temporibus *Bernhardius* et *Sprengelius*, ille in extremitatibus vermicularibus vaſorum ſpiralium, hic in capitatis filis ſucculentis, ovaria circumſtantibus inveniſſe organa foecundantia arbitrati ſunt. *Sprengelius* tamen, opinione hac mox rejecta, dualismum omnem partium fructificationis in filicibus negavit.

Muſcorum partes maſculas idem *Michelius* in folliculis gemmaceis aut capitulis pulverulentis inveniſſe exiſtimavit. *Linnaeus* vero perperam has partes femininas, capſulas autem muſcorum antheras habuit. *Hillius* et *Schreberus* vel in calyptra vel in filis articulatis ovaria circumſtantibus partes maſculas quaeſiverunt. Jo. *Hedwigius* autem ſpecioſis argumentis indefeſſaque induſtria reſtituit et confirmare ſtuduit Michelii opinionem. Quae contrarium demonſtrant, propoſita ſunt a *Schmidelio*, *Kölreutero*, *Meeſio*, *Rothio*, *Sprengelio*, *Gärtnero*.

1. Abeunt enim manifeſto ea corpuſcula in folia et novos ſurculos.

2. Remotiora ſunt ab ovariis, quam ad foecundandum requiritur.

3. Obtecta ſunt in plerisque foliolis adeo arcte clauſis, ut pollen foecundans exhalari nequeat.

4. *Splachnum mnioides*, *anguſtatum*, *rubrum* et *gracile* Dickſ. habent ſterilia ovaria, quae plurimis, fertilia, quae pauciſſimis aut nullis folliculis mixta ſunt.

5. Absque omni praeſentia folliculorum fertiles ſurgunt capſulae in multis muſcis.

Hepaticarum antheras *Hedwigius* quaeſivit in corpuſculis gemmaceis frondi inhaerentibus, aut apiei foliorum (Jungermannia) inſidentibus: *Paliſotus* vero in capſulis ipſis, quum fructus Jungermanniarum haberet ſtipulas folliculares quarundam ſpecierum.

Lichenum flores *Michelius* credidit eas partes,

quas cum *Achario* apothecia nominamus, ſemina autem pulverem gemmaceum, quem *Hedwigius* pollen habuit.

Confervarum antheras exiſtimat *Vaucherus* in ſurculo prolifico Ectoſpermarum inveniſſe.

Fungorum floſculos praedicavit *Michelius* in floſculis ſeu villis cortinae inveniſſe: *Hedwigius* in filis granula circumſtantibus.

Quorſum haec omnia? „Praejudicatae opiniones „et vis conjecturae in rebus ad hiſtoriam naturalem „pertinentibus inſigniter nocent." „Non ligatae ſunt „naturae manus, aliter his vegetabilibus proſpicienti." „Sufficit habere perſpectum, ea non requiri, quae re„quiruntur alibi. Cur non requirantur, non magis „mihi enodare incumbit, neque plus novi, quam quod „ejusmodi obſervationibus doceor, ſimpliciori me„thodo voluiſſe hic *Creatorem* eundem finem adſe„qui, voluiſſe nimirum per ſola grana, in ſe foecunda „h. e. vi inſita, nec aliena indigente, praedita, pro„creationi fucorum (et aliorum imperfectiorum) pro„ſpicere." „Id certo certius eſt, quod, quo magis ad „ſimpliciores et ſimpliciſſimas pervenitur plantas, eo „plus quoque reſpondet ſexus ſimplicitas, donec tan„dem evaneſcere videatur." S. G. *Gmelin* in *praefat. ad hiſtor. fucorum.*

Quae ſequuntur, eo inſervient, ut immortalis *Linnaei* canones *de generatione omnium organismorum ex ovo*, deque *neceſſitate praegreſſae foecundationis ope maſculorum organorum, ut novi producantur organiſmi*, finibus juſtis terminentur:

1. *Ad quamvis generationem haud neceſſario requiritur foecundatio in imperfectioribus organismis.* Apium feminae ad tertiam uſque generationem foecundae ſunt. Aphides, *Bonneto* obſervante, ad nonam uſque prolem uno actu foecundantur. Phalaenae variae ſine coitu ova pariunt. (*Pallas* nov. act. nat. cur. vol. 3. p. 430.)

2. *Animalia imperfectiora nulla foecundatione, ſed ſola gemmarum evolutione propagantur.* Lumbrici, Naïdes, Nereïdes, Hydrae, Polyporum denique univerſum genus ſurculos aut propagines protrudit, quibus multiplicatur ſpecies. Diſciſſa haec ani-

malia in innumeras partes, e quavis viva et integra reſtituuntur. *Gonium pectorale* Mülleri, e ſedecim globulis conſtans, propagatur, dum globuli ſinguli ſecedunt. Monades et alia animalcula infuſoria diviſione quaſi ſpontanea propagantur. Nulla in his ſexus differentia, nullae partes foecundantes vel foecundandae.

3. *Exploratum habemus, quo ſimpliciora ſunt et imperfectiora vegetabilia, eo magis gemmis eſſe repleta, quae ſecedentia ſimpliciſſimo modo ſpeciem propagant.* Confervae oſcillatoriae *Vaucheri* ſola elongatione tubulorum annulatorum propagantur: quae quidem elongatio ea ſaepe fit celeritate, ut motum quaſi ſpontaneum, oſcillatorium ad ſolis radios animadvertere poſſis. Confervae conjugatae *Vaucheri* granulis ſolis ſpiralibus, quae utriculi continent matricales, ſpeciem procreant. (*Trevirani* Biol. 3. p. 281.) Confervae ectoſpermae *Vaucheri* globulum e granulis gemmaceis conflatum protrudunt, qui rudimentum novi continet individui.

Byſſi fere omnes pulvere gemmaceo conſperſae eodem propagantur: quod *Ceratium* Albertini, *Iſaria* Perſoonii et *Botrytis* evidenter docent. Fungi in hymenio, Gaſtromycetes in tota ſubſtantia nil niſi granula gemmacea continent.

Lichenes duplici praediti ſunt gemmularum genere; altero pulverulento aut tuberculoſo, e quo novos oriri lichenes *Michelius* jam vidit: altero ſeminiformi, quod corpuſcula ſiſtit ovalia gemina, ſeu lenticularia tubulis incluſa. Ex his corpuſculis, quae ſemina vulgo habentur, lichenes prodire nemo etiamnum vidit.

Vera ſemina una cum gemmis ſimplicibus vel duplicibus adſunt in Hepaticis et Muſcis frondoſis. Marchantia et Blaſia praeter vera ſemina habent gemmulas duplicis ſpeciei et formae.

Vera ſemina una cum tuberibus radicum et gemmis frondium adſunt in filicibus, unde radix earum inſignem vim propagandi habet.

4. *Et in perfectioribus organiſmis poſſunt quandoque, licet rarius, generationes contingere absque foecundatione.* Id ſaltem certum eſt, in puellarum impuberum corporibus oſſa, dentes et pilos, quin

membra integra inveniri, quae abſque ulla foecundatione orta fuere. (*Treviranus* Biol. 3. p. 304.) Simili forte ratione cannabis et cucumis, quibus *Spallanzani* maſculas partes omnes ademerat, ſemina perfecta tulerunt, licet in aliis haudquaquam eandem obſervaverit perfectionem. (Fiſica vegetabile ad animale, 3. p. 381.)

Quodſi itaque deſcendimus ad imperfectiores organiſmos, ubi vegetatio gemmis praeſertim nititur, ecquid nos vetat cum *Gmelino* confiteri, haud ligatas eſſe naturae manus, ut alio ac conſueto modo ſemina producat!

5. *Ambigitur etiamnum de differentia ſeminum et gemmarum.* Vulgare enim diſcrimen, quod complectitur ortum ſeminis ex actu foecundationis, collabitur iam, ſi ad filices et muſcos pervenimus: alterum diſcrimen, quod verſatur in partibus variis ſeminum, albumine nimirum, vitello et cotyledonibus, dijudicari nequit in iisdem minutiſſimis filicum, muſcorum et hepaticarum ſeminibus, licet *Gärtnerus* conjectura magis conſequatur, quam demonſtret, ſemina ea vitello fere ſolo conflari. Supereſt ſola ea differentia, quae complectitur germinationem ſeminum, qua cotyledones evolvuntur, nunquam in gemmis obſervandae. Cotyledones autem filicum germinantium vidi multoties poſt *Lindſaeum:* cotyledones muſcorum et hepaticarum germinantium vidit *Hedwigius*, vidi et ipſe: Cotyledones lichenum obſervaſſe videtur *Michelius*, licet certum et exploratum non ſit (nov. plant. gener. tab. 41. L. Q.): cotyledones denique fucorum obſervavit jam *Gunnerus* (flor. norveg. 2. t. 9. f. 4. 5.) et poſt eum *Stackhouſius*. Unde efficitur, vera ſemina his familiis imperfectioribus eſſe, quae ſine actu foecundationis generata ſpeciem propagant.

Semina transeunt in gemmas. Is transitus conſpicuus eſt in *Zoſtera oceanica*, cujus ſemen baſi cotyledones apice foliola geſtat, conſpicuus eſt in *Rhizophora Mangle*, cujus embryo intra ſemina germinat, ut ſemen ipſum poſſit pro nova planta haberi (*Jacqu.* ſtirp. amer. t. 89.). Conſpicuus is transitus in Alliis et graminibus.]

Pilulariae flores inveſtigavit *B. Juſſievus*.

140. Flos (88) omnis (139) inſtruitur Antheris (86) et Stigmatibus (86).

Iſoëtis Antheras detexiſſe [*Linnaeus* in itin. ſcan. credidit, melius et curatius ego arbitror.]

Parnaſſiae ſtigma deficit in flore (poſtea excreſcit), ut Germen fiat.

Muſci Piſtillis deſtituuntur forte ſoli, cum Corcula nuda ſint. [Piſtilla non ſolum in muſcis, ſed in hepaticis etiam omnibus et in homallophyllis, ut in Riccia et Targionia. Plura ſemper in eodem perichaetio, quorum unicum duntaxat eſt fertile (T. VII. f. 18.). Soli tamen exhalationi dicata eſſe videntur, cui et fila ſucculenta, ſeu paraphyſes inſerviunt. Similiter forte operantur glanduloſae extremitates venarum in frondibus filicum et glandulae in involucro Targioniae.]

141. Flos (140) antecedit omnem fructum, ut Generatio partum.

Colchicum et *Hamamelis* autumno florent, cujus fructum in ſequenti anno producunt.

Muſae fructus non praecedit flori, licet maximum ſit Germen, et non foecundatus ceſſat adoleſcere, non vero matureſcere.

Ergo flos antecedens fructus, et fructus ſemper conſequens floris. (Vid. §. 139.)

142. FRUCTIFICATIO (88) conſtat Plantarum *Genitalibus* (143. 144); ſic FLORESCENTIA (140) eſt *Generatio*, FRUCTUS maturatio vero *Partus*.

143. ANTHERAS (140) eſſe plantarum *Genitalia Maſculina*, et eorum POLLEN veram *Genituram*, docet Eſſentia (88), Praecedentia (140), Situs, Tempus, Loculamenta, Caſtratio, Pollinis ſtructura.

Situs: *Didynamiſtis* ſtamina adſcendunt ſub Corollae labium ſuperius, quo et ſe Piſtillum flectit.

Monoe-

Monoecae pleraeque flores ſtamineos ſupra piſtilliferos gerunt: [Cur *Carex atrata, bicolor* Allion., *Schreberi, norvegica, Heleonaſtes, leporina, ovalis* Good., *brizoides, ſtellulata, axillaris, remota, elongata, curta, Buxbaumii, Vahlii* habent ſpiculas androgynas, *inferne* maſculas?

Ricinus, quem Linnaeus pro ſuperno ſitu florum ſtamineorum citat, infernos eos habet.

Olyra conſtanter infernos et *Urtica canadenſis.*]

Tempus: *Monoeciae* et *Dioeciae* flores maſculi eodem tempore Antheras, quo Piſtilla Stigmata, perficiunt. [Multae quidem ſucceſſum temporis in vigore partium monſtrant, quod *dichogamiam* vocamus: *androgynam,* ubi prius antherae, *gynandram,* ubi prius ſtigmata vigent. Haec eo fine inſtituta ſunt, ut inſecta alium poſt alium florem ejusdem ſpeciei viſitantes, pollen deterſum poſſint ſtigmati applicare. *Linnaeus* iam, ut hoc demonſtraret, adduxit exemplum *Iatrophae multifidae,* quae corymbum primum producit ♀ ſterilem, poſt ♂ et denique iterum ♀. (Amoen. acad. 1. p. 362.)]

Caſtratio: *Muſa* oppoſitum, ubi flores ſtaminei ſerius quam piſtilliferi, ſterilem gerit fructum absque ſeminibus.

Melonis flores ſtamineos qui diligenter auferunt, fructus non obtinent.

Loculamenta: *Antherae* uniloculares, biloculares, triloculares, quadriloculares, exacte uti Pericarpium. §. 101.

Pollinis ſtructura ſingularis et determinata ut ſemina. §. 101. [Semina muſcorum et filicum pollini ſyngeneſiſtarum ſimillima, unde *Belviſii* (Paliſot-Beauvois) error, capſulam muſcorum pro anthera habentis.]

Eſt omne Pollen veſiculare, et continet materiam impalpabilem, quam explodit. [De exploſione pollinis cf *Nöhden* in *Schraders* Journ. 1799. B. 1. S. 28.]

* 44. STIGMATA (140) Germini ubique adnexa (97) eſſe *Genitalia Feminina,* probat

Eſſentia (88), Praecedentia (141), Situs, Tempus, Caſus, Abſciſſio.

Situs: *Syngeneſiſtae* raro ſteriles, ubi ſtigmata perforant quaſi antheras. [Haec adſcendunt per cylindrum dichogamia androgyna, ut, quamdiu puber eſt ſtigma, antherae ſuperne poſſint effundere pollen, poſt vero ſeſe ſtigma extollit.]

Tempus: *Viget* Stigma eodem tempore, quo Antherae pollinem efflant. [Minime ſemper vid. §. 143.]

Decidentia: *Cadit* et marceſcit ſtigma poſt caſum antherarum in plerisque; ergo effectus ſub floreſcentia.

Abſciſſio, ſic *Caſtratio* in omni flore.

145. GENERATIONEM (138) Vegetabilium fieri mediante Pollinis Antherarum illapſu ſupra Stigmata nuda, quo rumpitur Pollen, efflatque *auram ſeminalem,* quae abſorbetur ab humore Stigmatis; confirmat Oculus, Proportio, Locus, Tempus, Pluviae, Palmicolae, Flores nutantes, ſubmerſi, Syngeneſia, immo omnium florum genuina conſideratio.

Oculus: Pollinem intrare Germina credidit *Morlandus;* [fuſiſſime refutavit Patricius *Blair.* Dum polline ruberrimo ſcatet ſtigma Papaveris orientalis, ſemina candidiſſima manent. *Vaillant* de la ſtructure des fleurs, p. 17.] Ejusdem eſſentiam extrahi mediante ſtigmate madido ſtatuit *Vaillant;* Pollinem Aceris rumpi in humore vidit *B. Juſſievus;* omnem Pollinem in humore explodere auram ſeminalem confirmavit *Needham.* [Découvert. microſcop. p. 83. t. 5. f. 5.]

Proportio: Stigmata ſeſe flectere ad antheras, dein exſeri ex *Diantho, Paſſiflora, Nigella* patet. [Flectuntur potius ad nectaria, quum jamdiu effoetae ſunt antherae, ut inſecta polline aliorum florum onuſta poſſint id ſtigmatibus applicare.]

Piſtillum ubi breviſſimum, connivent Antherae ſupra ſtigmata: *Saxifraga, Parnaſſia,* [*Gronovia.*]

Connivent, dum efflant pollinem Antherae in *Celoſia.*

Comprimit Corolla velut digitis antheras ad Stigmata in *Teucrio.*

Locus: Nunquam Piſtilliferae ſponte naſcuntur ſine ſtaminiferis in eadem terra; prodeunt ex eodem ſemine ambae.

Tempus: in Diclinis flores ante germinationem foliorum plerumque prodeunt, ne folia tegant Piſtilla: *Salix, Populus, Corylus* etc.

Pluviae combibunt Pollen, ut in Stigmata cadere nequeat;

Hortulanis notiſſimum in Drupiferis et Pomiferis.

Agricolis deteſtabiles in agris ſecalinis.

Fumus idem etiam facit, abſorbendo humidum ſtigmatis.

Palmicolae: notiſſima *Theophraſto*, *Plinio*, *Kämpfero,* aliisque.

Piſtaciae cultura in Archipelago: *Tournefortius.*

Caprificatio Veterum, et adhuc in Archipelago per Inſecta.

[Caprificatio, qualem *Tournefortius* αὐτόπτης deſcribit, haec eſt: Ὄρνος ſ. ἐρινός eſt ea ficus varietas, quae fructus non veſcos, ſed neceſſarios ad foecundationem fert: eos quidem triplicis generis: *a.* ὄρνους primarios, mole maximos, Majo apparentes: *b.* φόρνιθες, minores, ſecundarios, Auguſto: *c.* κρατητῆρες, minimos, ſeriores, Septembri apparentes. Ψῆνες, ſeu cynipes e κρατητῆρσι prodeuntes feriunt ὄρνους Junio et ovula deponunt, e quibus propullulantes cynipes feriunt φόρνιθας Octobri: ex his demum excluſi intrant κρατητῆρας, in quibus ad Majum uſque ſequentis anni latent, ubi excluſi ὄρνους iterum adgrediuntur. Colliguntur ὄρνοι Junio et Julio racemis confertis, appenduntur ficubus domeſticis, ut excluſi cynipes has intrare et maturitatem producere poſſint. (Mém. de Paris, ann. 1705. p. 340. *Tournefort* voy. au levant. 2. p. 23.)

A priſtinis inde temporibus hunc morem in Graecia inſulisque maris Aegaei viguiſſe, e plurimis antiquitatis teſtimoniis patet. Venerabilis *Herodotus* narrat

(hiſt. 1. c. 193.) in regione babylonica phoenices ſimili modo coli ac ficus in Graecia. Adligari enim glandiferae palmae ſpadicem maſculum, ut ψῆνες introire ac foecundare eam poſſint. *Theophraſtus* (hiſt. plant. lib. 2. c. 9.) diſertis verbis ait, caprificationem nec in Italia, nec in Laconia, nec in aquiloniis aut macris regionibus, nec apud ſerotinas ficus neceſſariam eſſe. Alio loco duntaxat maturationem ficuum hac ratione promoveri perhibet (de cauſſ. plant. lib. 2. c. 12.). Repetit fere *Plinius* (lib. 15. c. 19. 21.), quae Theophraſtus habet.

Poſt Tournefortium *Pontedera* (anthol. lib. 2. c. 33-35.) inſectum illud delineari curavit, ſed de modo caprificandi ambigere videtur, cum nusquam in Italia uſitatus ſit. Et in Graecia ſolummodo adhiberi exiſtimat caprificationem, ut maturitas fructuum acceleretur, ſicut et poma noſtra et alii fructus horaei maturiores fiunt, ſi inſectis feriuntur.

Linnaeus vero ſine graviſſimis teſtimoniis perhibet (diſſ. de ficu in amoen. acad. vol. 1. p. 43.) non maturitatem ſolius fructus, ſed ipſam foecundationem his inſectis caprificis peragi. Adducit autem *Browallii* teſtimonium (epicriſ. Sigesbek. p. 16.), quod in Hollandia quotannis e ſeminibus ficuum italicarum arbuſculae proliciantur, quod e ficubus in Gallia et Germania autem productis nil germinet. Cum vero nec in Italia caprificatio nota ſit, teſte *Pontedera* et aliis, nihil inde ad confirmandam Linnaei ſententiam ſequitur. *Forskòleus* (flor. aegypt. arab. p. 181.) Cynipes quidem vidit in ficubus et autumat foecundationem ab iis peragi, ipſe vero largitur, experientiam obſervationum integri anni ad id requiri.

Accedit *Oliverii* teſtimonium (Voyage dans l'empire Othoman, vol. 2. p. 171.), qui magis exoleſcere ac antiquari in ipſa Graecia eum morem ſuperſtitioſum adfirmat, neque minus eas ficus matureſcere ac ſemina perfecta continere, quae integrae quam quae a cynipe ictae fuerint.

Ex his omnibus arbitror eſſe efficiendum, quod caprificatio nequaquam inter argumenta ſexualis ſyſtematis adduci poſſit.

Arctopus echinatus L. miraculum naturae ſiſtit;

maſculas nimirum plantas diverſiſſimas à femineis et ſemper ſteriles, quod unicum fere exemplum tantae differentiae plantarum ex iisdem ſeminibus genitarum. Namque nulla ſeminum differentia; ipſae maſculae plantae prorſus inutiles videntur, quum fertiles jam per ſe hermaphroditae ſint.]

Flores nutantes gaudent piſtillo ſtaminibus longiori ut cadat Pollen in Stigma: *Campanula*, *Leucoïum*, *Galanthus*, *Fritillaria*, [*Pyrola*.]

Flores ſubmerſi adſcendunt ſub floreſcentia: *Nymphaea*, *Stratiotes*, *Myriophyllum*, *Potamogeton*, *Hydrocharis*, *Valliſneria*. [De his quidem nullum ſupereſt dubium. Nihilominus tamen *Zoſtera*, *Chara*, *Hippuris*, *Iſoëtes*, *Pilularia*, *Marſilea*, *Salvinia* ſub aqua ipſa foecundantur et fructus ferunt. In his alia antherarum, alia pollinis ſtructura: videtur etiam alio modo foecundatio fieri. Pollen enim Iſoëtis, Pilulariae et Marſileae limpido quodam latice involutum et ſolutum vim foecundandi acquirit. Simile quid in Orchideis contingit. Primus id Patric. *Blair* (botan. eſſays, p. 209.) diſertis verbis explicavit. Cf. et *Adanſon* familles des plant. I. p. 116.]

Syngeneſia fruſtranea, ubi ſtigma deeſt, ibi nulla foecundatio: in radio *Centaureae*, *Helianthi*, *Rudbeckiae*, *Coreopſidis*.

Tulipae ſolitariae ſi auferantur antherae ante caſum Pollinis, ſterilis evadet.

Braſſicae diverſarum varietatum, ſub floreſcentia in eodem loco ſatae, nunquam diſtincta dabunt Semina. [Hortulani *Baal* hiſtoria apud *Raj*. hiſt. I. p. 42.]

Rhodiola in Horto upſ. ſterilis erat ab anno 1702 in 1750 dum mas adducebatur, tum femina protulit.

Clutia ſterilis erat in Hortis plerisque Belgicis, ſed viſa Leydae femina foecunda, Marem adeſſe praedixit et reperit Linnaeus.

Cave ne *Ficus*, *Humulus*, *Muſa*, *Morus*, etc., fructiferae absque Staminibus diſſuadeant; Diſtinguas Partes fructificationis, Calycem, Pericarpia, Receptacula a Seminibus.

[Contraria his omnibus *Spallanzani* experimenta §. 139. n. 4. jam ventilata ſunt.]

146. CALYX ergo eſt *Thalamus*, COROLLA *Auleum*, FILAMENTA *Vaſa Spermatica*; ANTHERAE *Teſtes*, POLLEN *Genitura*, STIGMA *Vulva*, STYLUS *Vagina*, GERMEN *Ovarium*, PERICARPIUM *Ovarium foecundatum*, SEMEN *Ovum*.

Calyx poſſet pro *Cunni labiis* vel *Praeputio* etiam haberi.

Corolla poſſet etiam loco *Nympharum* ſumi.

Filamenta, quae ſuccum ad antheras deferunt, *vaſa ſpermatica* dicuntur.

Antherae *Teſticuli* ſunt.

Stigma *Vulva*, reſpondens parti illi, quae in ſexu ſequiore *lympham genitalem* ſecernit.

Stylus *Vaginae* vel *Tubae Fallopianae* reſpondet, licet huic minus proprie.

[Primus haec allegorice et facundia ſingulari expoſuit Seb. *Vaillant* (diſſ. ſur la ſtructure des fleurs, Leid. 1718. 4.). Quamvis inepte *Sigesbekius* laſcivum hunc ſermonem et *ſcortationes* deteſtabiles opprobrio fecerit, cum *Joneſio* tamen ſatius ducimus, allegoriis his ſuperſedere.]

Germen *Ovarium*, cum contineat ſeminum rudimenta.

Pericarpium *Ovarium foecundatum*, unde ova producit foecunda.

Semina *Ova* eſſe ex dictis §. 134. 135. patet.

147. Plantarum VENTRICULUS eſt *Terra*, VASA CHYLIFERA *Radix*, OSSA *Truncus*, PULMONES *Folia*, COR *Calor*, hinc Planta *Animal inverſum* veteribus dictum fuit.

Animal inverſum, olim planta dicta fuit; haurit radice, tanquam vaſis lacteis chymum e minimis particulis humi, qui adſcendit per caulem rigidum, in cujus divaricatione enaſcuntur Genitalia.

Cor plantis nullum, ſed Calor efficit omne; nec opus

eſt corde, ubi nec perpetui mobilis effectus neceſſarius eſt, et ubi propulſio, non circulatio, humorum.

Folia in motu conſtituta et perſpirantia hoc modo pulmonibus reſpondent; in ſe tamen re ipſa muſculi analoga ſunt, licet non uti in animalibus caudâ affixa, cum motus voluntarius in his dari nequeat. [Symbolice haec dicta, rem nullo modo illuſtrant.]

148. FLOS (140), qui *Antheras* (143) MASCULUS [♂], qui *Stigmata* (145) FEMINEUS [♀], qui *utraque* (143. 144) continet, HERMAPHRODITUS [☿] dicitur.

Hermaphroditi adeo frequentes ſunt in vegetabilibus, ut rariores in Animalibus; inter *Vermes* multi videntur eſſe hermaphroditi [Androgynae certe *Cochleae* ſunt.]

Neceſſaria eſt ſexus conjunctio in plantis, quum conjugem quaerere et adire nequeant.

149. PLANTA, quae floribus tantum maſculis (148), MAS,

quae floribus tantum femineis (148), FEMINA,

quae floribus tantum hermaphroditis (148), HERMAPHRODITA,

quae maſculis et femineis ſimul, (a. b.) ANDROGYNA,

quaeque hermaphroditis et femineis aut maſculis ſimul, POLYGAMA dicitur; haec tamen plerumque *Hermaphrodito* aut *Hermaphrodita* conſtat.

Hermaphrodita Planta gerit ſuper eandem Radicem flores omnes *ſtaminibus* piſtillisque inſtructos, ut *Genera pleraque*.

Androgyna gerit ſuper eandem radicem Flores et *Maſculos* et *Feminos* ſimul.

ſtanti memoria addiſcuntur. Ergo, qui hoc novit, Botanicus eſt, alius non.

152. DISPOSITIO (151) Vegetabilium diviſiones ſ. conjunctiones docet; eſtque vel *Theoretica*, quae Claſſes, Ordines, Genera; vel *Practica*, quae Species et Varietates inſtituit.

Diſpoſitio plantarum, ex fundamento fructificationis, recentiorum inventum eſt.

Practica ab eo poteſt tractari, qui de Syſtemate nihil intelligit.

Theoretica curam Syſtematis gerit; hanc *Caeſalpinus*, *Moriſonus*, *Tournefortius* et alii excoluere.

153. Diſpoſitio Vegetabilium (152) vel *Synoptice* vel *Syſtematice* abſolvitur, et vulgo *Methodus* audit.

Synoptica diviſio ſeculo XVI et XVII maxime in uſu fuit.

Syſtematica vero ſeculo. XVIII praecipue exculta fuit, incepta a Tournefortio et Rivino.

Methodici ſummi methodo *mathematica*, in ſcientia naturali, a ſimplicioribus ad compoſita adſcendunt, adeoque incepere ab Algis, Muſcis, Fungis, uti *Rajus*, *Boerhaavius*, [*Adanſonius*, *Juſſievus*.]

Naturalis inſtinctus docet noſſe primum proxima et ultimo minutiſſima, e. gr. *Homines*, *Quadrupedia*, *Aves*, *Piſces*, *Inſecta*, *Acaros*, vel primum *majores* plantas, ultimo *minimos* Muſcos.

Natura ipſa ſociat et conjungit *Lapides* et *Plantas* et *Animalia*; hoc faciendo non connectit perfectiſſimas Plantas cum Animalibus maxime imperfectis dictis, ſed imperfecta Animalia et imperfectas Plantas combinat, e. gr.

[Confervam bronchialem cum Bacillariis.
Fucos varios cum Fluſtris et Sertulariis.
Confervam gelatinoſam cum Tubulariis et Polypis.

ergo ipſe prodit vel e deſciſſis ramis, vel e viviradicibus; ut *Dianthus*, *Lychnis*, *Hepatica*, *Cheiranthus*, *Tropaeolum*, *Roſa*, *Punica*, *Caltha*, *Ranunculus*, *Viola*, *Paeonia*, *Narciſſus*.

Pauci Flores, ut *Papaver*, *Nigella*, potius multiplicati dicendi, quam perfecte pleni, ſemina perficiunt.

Luxuriantes flores multiplicant corollam cum damno ſtaminum, quae excreſcuut in petala; adeoque *Multiplicati* flores plurima, *Pleni* omnia ſtamina amiſere. Multiplex ordo petalorum ideam praebet floris Multiplicati; at vero *Nymphaea*, *Cacti*, *Meſembrianthemi* flores multiplicati non ſunt dicendi, cum evadant tales absque damno ſtaminum.

Sponſalia plantarum, qui de *Sexu plantarum* plura velit, adeat. [Amoen. acad. 1. p. 327. ſ.

Cf. praeterea *Logani* experimenta in Phyſikal. Beluſtig. B. 3. S. 1088. ſ.

Alſton in eſſays by a ſociety at Edinb. vol. 1. p. 205. ſ.

Sprengels entdecktes Geheimniſs der Befruchtung. Berlin 1793. 4.

Roſſi in memorie della ſoc. ital. tom. 7. p. 369. ſ.

Reynier in Journ. de phyſ. tom. 31. p. 321. ſ.]

VI. CHARACTERES.

151. FUNDAMENTUM Botanices (4) duplex eſt: *Diſpoſitio* et *Denominatio*.

Syſt. nat. veget. 2. Fundamentum Botanices conſiſtit in Plantarum Diviſione et Denominatione Syſtematica: Generica et Specifica.

Claſſ. plant. 4. Nomina plantarum debent eſſe certa, adeoque impoſita certis Generibus.

Diſpoſitio eſt Denominationis fundamentum.

Scientia Botanices his cardinibus nititur; Sic plantae omnes uno anno, primo intuitu, absque praeceptore, ſine iconibus aut deſcriptionibus, con-

nos permanebit, quum eo deſtituti Maeandros Botanices errantes intrarent omnes.

Veri ſyſtematici Auctores ſ. Inventores probe a Compilatoribus diſtinguendi.

Syſtema etiam omiſſas indicat per ſe plantas, quod nunquam Catalogi enumeratio.

157. SPECIES (155) tot numeramus, quot diverſae formae in principio ſunt creatae.

Claſſ. plantar. 5. Species tot ſunt, quot diverſas formas ab initio produxit Infinitum Ens; quae formae, ſecundum generationis inditas leges, produxere plures, at ſibi ſemper ſimiles. Ergo ſpecies tot ſunt, quot diverſae formae ſ. ſtructurae hodienum occurrunt.

[In unam ſpeciem ſunt colligenda vegetantia ſ. individua, omnibus ſuis partibus ſimillima et continuata generationum ſerie ſemper conformia. *Juſſ.* gener. plant. praef. p. XXXVII.

De transmutatione ſpecierum cf. *Linn.* amoen. acad. vol. 5. p. 106. *Nozeman* in uitgezogte Verhandelingen, D. 3. p. 405. 483. D. 4. p. 49. 67. *Vergin's* rön och förſök om Sädes-art. förvandl. Stockholm 1757. 8.

Species eſt congeries individuorum, nota aliqua eſſentiali congruorum, quae neque cultura neque ſolo neque aetate mutatur.]

Oratio de *Telluris habitabilis incremento*. Upſ. et Leyd. edita, conſequentias plurimas ſuper hoc argumentum edocuit.

Radix extenditur in herbam inque infinitum, usque dum apice rumpantur integumenta in florem, formentque ſemen contiguum, ultimum terminum vegetationis; Hoc ſemen cadit, prognaſcitur, et in diverſo loco quaſi plantam continuat; hinc ſimillimam ſobolem producit, uti Arbor ramum, Ramus gemmam, Gemma herbam; ergo Continuatio eſt Generatio plantarum.

Novas Species dari in vegetabilibus negat generatio continuata, propagatio, obſervationes quotidianae, Cotyledones.

Dubium movere *Marchant. act. pariſ.* 1719; [*Lin-*

naeus in *Peloria* Amoen. acad. I. p. 55. [.] 1744; J. G. *Gmelinus* in *orat. inaugur.* [de novor. vegetab. exortu 1749. Cf. *Linn.* amoen. acad. vol. 6. p. 279. [. *Adanſon* in mém. de Paris ann. 1769. p 71. [.

Menyanthes nymphoïdes] Herba *Nymphaeae*, fructificatio *Menyanthis*.

Datiſca, mas *Cannabis*; femina *Reſeda*.

Tragopogon crocifolius quaſi ex patre *Lapſana*.

Atropa phyſalodes - - *Phyſalide*.

Poterium hybridum - - *Agrimonia*.

Saxifraga Hirculus - - *Parnaſſia*.(?)

Dracocephalum nutans - *Nepeta*.

Primula cortuſoides - - *Cortuſa*.

[*Cnicus eriophorus*] degenerans in *Carduum pyrenaicum*.

Meſembrianthema numeroſa ad *Caput Bonae Spei*.

[*Roſa muſcoſa e provinciali?*

Sorbus hybrida e *Pyro Aria*.

Pyrus Botryapium, *ovalis* et *Amelanchier*.

— *dioica*.

— *hybrida*, quaſi e patre *Sorbo aucuparia* et matre *P. arbutifolia*.

Salix fuſca, *argentea* et *repens*.

Delphinium intermedium, *hybridum* et *elatum*.

Chironia Centaurium, *inaperta* et *pulchella*.

Verbaſcum thapſoides.

Scabioſa ochroleuca, *Columbaria*, *bannatica* Kitaib. et *argentea*.

Statice tatarica, *Gmelini*, *incana* et *oleaefolia*.

Aſter junceus, *lanceolatus*, *dracunculoides*. Aſteres Americani multi, qui vix inter ſe limites admittunt, parem mihi videntur prodere originem. *Linn.* amoen. acad. vol. 6. p. 297.

Centaurea uniflora et auſtriaca e *phrygia*.

Veronica hybrida e *ſpicata*.

Schoenus fuſcus ex *albo*.

Hemimeris urticaefolia et coccinea?

Ervum tetraſpermum et *Lathyrus monanthos*.

Digitalis purpurea et *Thapſi*.

Leonurus tataricus et ſibiricus.

gae alpinae, Amaranti praecipue, quorum ſpecies plures hybridae videntur.]

Delphinium obſervante *Gmelino.*

Mercurialis foliis multifidis *Marchantii,* [mém. de Paris, 1719. p. 57.

Cf. *Adanſon* familles des plantes, préf. p. cix-cxiv.]

158. VARIETATES (155) tot ſunt, quot differentes plantae ex ejusdem ſpeciei (157) ſemine ſunt productae.

Varietas et Planta mutata a cauſa accidentali: *Climate, Solo, Calore, Ventis,* etc. reducitur itaque in *Solo* mutato.

[Hinc propagatio per ſemina *ſpecies,* propagatio per gemmas et bulbillos *varietates* prodit. Haec eſt prolongatio ejusdem, illa creatio novi individui. Fructuum horaeorum noſtratum varietates infinitae exemplo ſunt.

Varietates exprimentur in perfectioribus plantis notis ſenſus ferientibus, colore, ſapore, odore; ſpecies ſolummodo notis menſurae et proportionis. In imperfectioribus haec evaneſcit differentia: Lichenes et Gaſtromyci et Fungi colore ſaepius diſtinguuntur. Quaeritur inde, ſintne verae ſpecies?]

Species varietatum ſunt *Magnitudo, Plenitudo, Criſpatio, Color, Sapor, Odor.*

Excludi poſſent varietates e re herbaria, at
Oeconomi Magnas et Criſpas,
Hortulani Plenas et Coloratas,
Medici Sapidas et Odoratas aeſtimant.

Tropaeolum flore pleno ex America curâ Bewerningii 1684.

159. GENERA (155) tot dicimus, quot ſimiles conſtructae fructificationes proferunt diverſae Species (157) naturales.

Caeſalp. Confuſis generibus confundi omnia neceſſe eſt.

Claſſ. plant. 6. Omnia Genera et Species naturales eſſe confirmant revelata, inventa, obſervata.

Syſt.

Syſt. nat. veg. 14. Genus omne eſt naturale, in primordio tale creatum, hinc pro lubitu et ſecundum cujuſcunque theoriam non proterve diſcindendum aut conglutinandum.

Exemplo conſtant *Ranunculi, Aconiti, Nigellae, Claytoniae, Hibiſci, Paſſiflorae,* infinitorum, praeſertim a poſteriori.

160. CLASSIS (155) eſt Generum (159) plurium convenientia in partibus fructificationis (86) ſecundum principia naturae et artis.

Tournefort. Claſſis eſt congeries generum, quibus nota quaedam communis adeo propria eſt, ut ab aliis omnibus generibus plantarum prorſus differat.

Naturales dari *claſſes* (§. 77.) ita creatas patet ex plurimis: *Umbellatis, Verticillatis, Siliquoſis, Leguminoſis, Compoſitis, Graminibus,* etc.

Artificiales claſſes ſuccedaneae ſunt naturalium, usque dum omnes naturales ſint detectae, quas plura genera, nondum detecta, revelabunt, et tum limites claſſium difficillimi evadent.

Cavendum ne imitando naturam filum ariadneum (156) amittamus, uti *Moriſonus* et *Rajus.*

161. ORDO (155) eſt Claſſium (160) ſubdiviſio, ne plura Genera (159) diſtinguenda ſimul et ſemel evadant, quam animus facile aſſequatur.

Ordo eſt Claſſium ſubdiviſio; facilius enim diſtinguuntur genera 10, quam 100.

162. NATURAE opus ſemper eſt *Species* (157) et *Genus* (139); CULTURAE ſaepius *Varietas* (158); NATURAE et ARTIS *Claſſis* (160) et *Ordo* (161).

Species conſtantiſſimae ſunt, cum earum generatio ſit vera continuatio.

Genera eſſe naturalia evincunt plurimae plantae: *Aconita, Nigellae, Bignoniae, Ranunculi, Meſembrianthema, Zygophylla, Gerania, Oxalides.*

Varietates culturae opus eſſe, docet *Horticultura*, quae easdem ſaepius et producit, et reducit.

Claſſes et *Ordines* plerasque naturales eſſe, docent ordines naturales §. 77.

163. HABITUS eſt conformitas quaedam Vegetabilium affinium et congenerum, in *Placentatione*, *Radicatione*, *Ramificatione*, *Intorſione*, *Gemmatione*, *Foliatione*, *Stipulatione*, *Pubeſcentia*, *Glandulatione*, *Lacteſcentia*, *Infloreſcentia*, aliisque.

FACIES EXTERNA vulgo a Botanicis antea dictus eſt Habitus.

C. Bauhinus et *Veteres* egregie ex Habitu plantarum divinarunt earundem affinitates. ut ipſi Syſtematici ſaepius deflexerint, ubi Habitus recta duxerat.

Methodus naturalis eſt ultimus finis Botanices (§. 77.).

Fructificatio, recentiorum inventum, viam primario aperuit ad Methodum naturalem, ſed nec haec etiamnum ita intelligitur, ut omnes claſſes detegat.

Habitus, uti in Quadrupedibus diſtinguit Feras a Pecoribus, quamvis Dentes non inſpiciantur; ſic etiam in Plantis ſaepe harum ordines naturales primo intuitu manifeſtat.

[Habitus tamen, quum notis ſenſualibus nitatur, quae verbis exprimi nequeunt, diſtinctas ideas non parit, ab inſtitutione alienus. Cuique botanico primo intuitu elucet, plantam aliquam ad certum genus pertinere, ſed difficile eſt, id tironibus clarum reddere (§. 168.).

Habitus, quum omnes ſingulasque complectatur notas, fuſiorem exigit deſcriptionem: unde tironum inſtitutioni non idoneus.

Uſu diſcitur habitus, non inſtitutione aut diſciplina.]

I. PLACENTATIO eſt cotyledonum diſpoſitio, ſub ipſa Seminis Germinatione.

1. *ACOTYLEDONES*, ubi nulli omnino exſtant cotyledones:

[Acotyledones meo arbitrio nullae ſunt, niſi quae

ſeminibus carent, ſolis gemmis propagatae: e. g. Fungi et forte Lichenes. In ceteris vitellus ſeu ſcutellum cotyledoneum vices cotyledonum gerit: gerit etiam corpus *pſeudocotyledoneum* in Palmis et Tropaeolo, quod horizontaliter e ſemine proceſſu quodam prodit, atque velut nova gemma plantam tandem gignit. In lobulis ſolet eſſe embryo diviſus et moles ejus corpuſculi pſeudocotyledonei inſignis, ut ſuccos nutritios eo melius praeparare poſſit.

Vitellus autem in Ruppia, Zoſtera et aliis, quae acotyledones habitae ſunt, ad cotyledonum formam propius etiam quam in graminibus accedit, earumque vices gerit.]

2. *MONOCOTYLEDONES* (quamvis hae proprie acotyledones ſunt, cum cotyledones perſiſtant intra Semen).
perforatae: *Gramina.*
unilaterales: *Palmae.* [Has vocat *turioniferas Gärtnerus,* ſed pſeudocotyledones potius ſunt.]
reductae: *Cepa.*

3. *DICOTYLEDONES* immutatae: *Legumina, Poma, Drupae, Didynamia,* [*Tilia.*]
plicatae: *Goſſypium.*
duplicatae: *Tetradynamia, Malvae.*
obvolutae: [*Polygonum.*]
ſpirales: *Salſola, Salicornia, Ceratocarpus, Baſella, Oleraceae omnes* 77: 12.
reductae: *Umbellatae.*
[Cotyledones ſunt vel *hypogaeae,* quae ſub terra abſconditae manent, dum plumula formata omnino jam eſt, ut in Viciis, Lauro, Juglande et Aeſculo: vel *epigaeae,* ſi plumulae partes nondum evolutae ſunt in ſemine, ubi itaque ſuccorum praeparatio fieri debet, poſtquam planta germinaverit.]

4. *POLYCOTYLEDONES Pinus* 4-10.
Cupreſſus 5. [*Rhizophora* 4.
Lepidium 4.
Diſtinguendae etiam cotyledones *involutae,* quales in ſemine ipſo maturo apparent, et *evolutae,* quales germinans planta oſtendit. Namque ſae-

pius planta e ſemine monocotyledoneo prodit dicotyledonea, ut Cuſcuta et Cactus, aut e ſemine dicotyledoneo prodit unico foliolo inſtructa, ut Nelumbium et Trapa. *Gärtner.*

Saepius ſemina vere dicotyledonea tamen monocotyledonea videntur ob intimam et haud facile discernendam conferruminationem cotyledonum. *Gärtn.* ſuppl. ad carpol. p. 26. ex. *Cyclaminis.*]

II. RADICATIO eſt Radicis diſpoſitio: caudice deſcendente, adſcendente et Radiculis. Exempla ex §. 80. petenda.

Bulboſa ſquamoſa: *Lilium;* Tunicata: *Cepa:* Duplicata: *Fritillaria;* Solida: *Tulipa:*

Tuberoſa palmata: *Orchis;* Faſciculata: *Paeonia:* Pendula: *Filipendula, Elaeagnus.*

Articulata (85): *Lathraea, Oxalis, Martynia, Dentaria,* [*Cymbidium*]

Fuſiformis: *Paſtinaca, Daucus, Raphanus.*

Globoſa: *Ranunculi ſpec. Chaerophylli ſp. Bunium.*

III. RAMIFICATIO manifeſtatur in ſitu *Ramorum*, quem *Folia* ſequuntur.

Nulli Rami, licet folia prodeant in caule: *Dictamnus, Paeonia, Epimedium, Podophyllum.*

Folia oppoſita et alterna in plantis, plerumque vegetabilia diverſiſſima indicant, paucas ſi excipias, quarum aliae ſpecies foliis oppoſitis, aliae alternis ſunt: ut

Euphorbia, Ciſtus, Lantana.
Antirrhinum, Lilium, Epilobium.

Folia inferne oppoſita ad Ramos, ſuperne alterna ad flores:

Antirrhinum, Jaſminum.
Veronica, Borrago.

Folia inferne alterna, ſuperne oppoſita in ramis:

Potentilla ſupina, Potamogeton.

Folia inferne oppoſita, ſuperne terna: *Nerium.*

Folia inferne terna, ſuperne alterna (rami inferne terni nec alii): *Ruſcus.*

Folia inferne quaterna, ſuperne alterna:
Coreopſis alternifolia.
Antirrhinum chalepenſe.
Naturalem ſitum qui eruere cupit in plantis ramificatione diverſis, adeat Folia radicalia.

IV. INTORSIO eſt flexio partium verſus alterum latus.

CAULIS volubilis ſiniſtrorſum ☾:
Tamus, *Dioſcorea*, *Rajania*, *Meniſpermum*, *Ciſſampelos*, *Hippocratea.*
Lonicera.
Humulus.
Helxine.
dextrorſum ☽:
Phaſeolus, *Dolichos*, *Clitoria*, *Glycine*, *Securidaca.*
Convolvulus, *Ipomoea.*
Cynanche, *Periploca*, *Ceropegia.*
Euphorbia, *Tragia.*
Baſella.
Eupatorium.
Tourneſortia. [Cf. Jo. Georg. Gul. *Starcken* gyros convolvulorum evolvere tentabit. Helmſt. 1705. 4.]

CIRRHUS volubilis dextrorſum retrorſumque.
Leguminoſae pleraeque ejusmodi cirrhos gerunt.
Smilax petiolos cirrhiferos profert; idem ferme *Piper.*

COROLLA ſiniſtrorſum *):
Aſclepias, *Nerium*, *Vinca*, *Rauwolſia*, *Periploca*, *Stapelia.*
dextrorſum: *Pedicularis paluſtris*, *hirſuta*, *lapponica.*
Trientalis ſingularis, quod petala omnia altero latere imbricatim dextrorſum incumbant.
Gentiana contra ſolem, ante explicationem, imbricata eſt.

PISTILLA ſiniſtrorſum; *Cucubalus*, *Silene.*

*) *Siniſtrorſum* hoc eſt, quod reſpicit ſiniſtrum, ſi ponas Te ipſum, in centro conſtitutum, meridiem adſpicere; *Dextrorſum* itaque contrarium.

GERMINA contorta ſiniſtrorſum: *Helicteres*, *Ulmaria*.

FLORUM reſupinatio, cum corollae labium ſuperius terram, inferius coelum ſpectat: *Violae europeae*, *Ocimum*, *Ajuga orientalis*, [*Scrofularia*, *Plectranthus*.]

obliquitas: *Hyſſopus Lophanthus* ☽. *Nepeta violacea*. *Pedicularis paluſtris*, *hirſuta*, *lapponica* ☾

SPICAE ſpirales: [*Lavandula multifida*, *Neottia ſpiralis*.]

incurvatio: *Saururus*, *Mimoſa*, *Petiveria*, *Papaver*, *Craſſula rubens*, *Lilium Martagon*.

HYGROMETRICA varia ex fibrarum contorſione occurrunt in variis plantis.

Avenae ſterilis ariſta funis inſtar contorta.

Geranii ſeminis arillus caudatus ſpiralis.

[Funaria hygrometrica *Hedw.*] pedunculo inferne et ſuperne contrario torto.

V. GEMMATIO eſt Gemmae conſtructio ex foliis, ſtipulis, petiolis aut ſquamis.

1. *OPPOSITIVAE PETIOLARES.* [(Gemmae conſtructae e ſquamis petioli aut folii rudimentis.)

a. Folia ſimpliciter imbricata, omnia oppoſita.]
Liguſtrum.
Phillyrea.
Nyctanthes.
Syringa.
Hypericum [*Androſaemum.*]
Coriaria.
Buxus.

b. [Folia ſimpliciter imbricata ſenſim alterna.]
Jaſminum.
Vaccinium.
Arbutus.
Andromeda.
Ledum.
Daphne.
Laurus.
Myrica.

c. [Folia utrinque involuta, involventia ſingula alterius oppoſiti folii alterutrum latus.]
Linnaea.
Lonicera.

d. [Folia utrinque involuta, libera.]
Evonymus.

e. [Folia ſecundum venas et diviſuras plicata; ſquamae baſi diſtinctae.]
Fraxinus.
Acer.
Aeſculus.
Bignonia.

f. [Folia ſecundum venas et diviſuras plicata; ſquamae baſi conjunctae.]
Opulus.
Sambucus.

g. [Folia conduplicata, apice torto.]
Pſidium.

2. *OPPOSITIVAE STIPULACEAE.*

[Folia cuniuncta ſtipulis communibus.]
Cephalanthus.

[Folia ſtipulis diſtinctis.]
Rhamnus catharticus.

3. *ALTERNATIVAE PETIOLARES.*

a. [Folia ſimpliciter imbricata vel revoluta. Squama prima magna dorſalis, gemmam includens.]
Salix.

b. [Folia ſimpliciter imbricata; Squamae dorſales plures exteriores.]
Spiraea.

c. [Folia ſimpliciter imbricata. Squamae undique imbricatae foliaceae excreſcentes.]
Geniſta.
Solanum.
Hippophaë.

d. [Folia ſimpliciter imbricata. Squamae laterales.]
Berberis.
Ilex.

e. [Folia ſecundum venas et diviſuras plicata.]
Ribes.

f. [Folia compoſita conduplicata.]
Juglans.
Piſtacia.

g. [Folia utrinque involuta.]
Plumbago.

4. *ALTERNATIVAE STIPULACEO-PETIOLARES.*

a. [Fol. ſimpliciter imbricata.]
Sorbus.
Crataegus.
Prunus.
Meſpilus germ.
Padus.

b. [Fol. utrinque involuta.]
Pyrus.
Malus.

e. [Folia conduplicata.]
Cotoneaſter.
Amygdalus.
Ceraſus.

d. [Fol. ſecundum diviſuras conduplicata.]
Melianthus.
Roſa.
Rubus.
Vitis.
Robinia.
Cytiſus.

e. [Fol. ſecundum diviſuras ſ. foliola voluta.]
Potentilla fruticoſa.
Staphylea.

5. *ALTERNATIVAE STIPULACEAE.*

a. [Fol. involuta.]
Populus.

b. [Fol. conduplicata.]
Tilia.

Ulmus.
Quercus.
Fagus.
Carpinus.
Corylus.

c. [Fol. ſimpliciter imbricata, plicatula.]
Betula.
Alnus.

d. *Ficus.*
Morus.

6. *ANOMALAE.* [Gemmae conſtructae e ſquamis copioſis propriis.

a. Folia coacervata nuda, ſquamae tenues.]
Abies.

b. [Folia numero determinata e vagina ſ. gemmula propria orta.]
Pinus.

c. [Fol. coacervata nuda. Squamae craſſae.]
Taxus.

7. *NULLAE.*
Carentes gemmis §. 85.

[E gemmarum exteriore forma F. C. *Medicus* conatus eſt ſpecies Aceris defoliati determinare. (Beyträge zur Pflanzen-Anatomie, St. 1.)

a. Gemmae rotundatae. *Acer Pſeudoplatanus:* gemmas virides petioli haud amplectuntur. *Acer Platanoides:* gemmas ruberrimas petioli canaliculati amplectuntur.

b. Gemmae attenuatae. *Acer ſtriatum:* gemmae involucro deciduo tectae. *Acer campeſtre:* petioli canaliculati. *Acer ſaccharinum:* gemmae nigricantes appreſſae lana ſtipatae. *Acer creticum:* gemmae patulae, folia perennentia. *Acer rubrum:* gemmae compreſſae ſanguineae. *Acer tataricum:* gemmae nigricantes parvulae.

Gemmae raro exemplo locum mutant in *Juglande nigra* et *cinerea*, primo vere axillares, dein ſuperaxillares fiunt.]

VI. FOLIATIO eſt complicatio ea, quam ſervant *Folia*, dum intra Gemmam aut Aſparagos plantarum latent. Haec praetervisa anteceſſoribus ſequentes modos agnoſcit.

1. *INVOLUTA*, quorum margines laterales utrinque introrſum ſpiraliter involvuntur (T. IV. f. 2. 10. 11.).

2. *REVOLUTA,* quorum margines laterales utrinque retrorſum ſpiraliter convolvuntur (T. IV. f. 3. 12.).
3. *OBVOLUTA,* quum margines alterni comprehendunt oppoſiti folii marginem rectum (T. IV. f. 7.).
4. *CONVOLUTA,* cum unius lateris margo circumambit alterum ejusdem folii marginem inſtar cuculli (T. IV. f. 1. 9.).
5. *IMBRICATA*, quando parallele, ſuperficie recta, ſibi invicem incumbunt.
6. *EQUITANTIA,* quum folii latera parallele connivent, ut interiora ab exterioribus includantur; quod non in Conduplicatis (7) obtinet (T. IV. f. 5. 6. 13. 14.).
7. *CONDUPLICATA,* cum folii latera parallele ſibi invicem approximantur (T. IV. f. 4.).
8. *PLICATA,* cum plicatim longitudinaliter complicantur, uti folia plicata §. 83. (T. IV. f. 8.)
9. *RECLINATA,* quum folia verſus petiolum deorſum reflexa ſunt.
10. *CIRCINALIA,* quum folia deorſum ſpiraliter involvuntur.

1. INVOLUTA.
Lonicera.
Evonymus.
Rhamnus cathart.
Pyrus.
Populus.
Plumbago.
Viola.
Commelina ann.
Plantago.
Aliſma.
Potamogeton natans.
Nymphaea.
Saururus.
Aſter ann.
Humulus.
Urtica.
[*Anemone.*]
Sambucus.
Staphylaea.

2. REVOLUTA.
Roſmarinus.
Teucrium.
Dracocephalum.
Nerium.
Andromeda.
Ledum.
Epilobium irregul.
Salicis ſpecies.
Rumex.
Perſicaria.
Polygonum.
Parietaria.
Primula.
Carduus.
Cnicus.
Tuſſilago.
Senecio.

Othónna.
Potentilla fruticoſa.
Ptelea.
3. OBVOLUTA.
Dianthus.
Lychnis.
Saponaria.
Epilobium oppoſitif.
Dipſacus.
Scabioſa.
Valeriana.
Marrubium.
Phlomis.
Salvia.
Praſium.
4. CONVOLUTA.
Canna.
Amomum.
Calla.
Arum.
Piper.
Hydrocharis.
Commelina lutea.
Gramina pleraque.
Prunus.
Armeniaca.
Dodecatheon.
Crepis.
Lactua.
Hieracium.
Sonchus ſibir.
Tragopogon.
Orobus.
Vicia.
Lathyrus.
Solidago.
Aſter.
Pinguicula.
Vaccinium.
Pyrola.
Berberis.
Braſſica.
Armoracia.
Symphytum.
Cynogloſſum.
Potamog. perfol.
Eryngium.
Menyanthes conjunctim.
Saxifraga.
Aralia.
Dictamnus.
Epimedium.
5. IMBRICATA.
Syringa.
Liguſtrum.
Phillyrea.
Nyctanthes.
Linnaea.
Cephalanthus.
Coriaria.
Hypericum.
Valantia.
Juſticia.
Portulaca.
Laurus.
Daphne.
Hippophaë.
Ruſcus.
[*Centaureae ſpec.*]
Meſpilus germ.
Campanula.
Polemonium.
Sium.
6. EQUITANTIA.
Hemerocallis.
Gramina nonnulla.
Poa.
Iris.
Acorus.
Carex.
7. CONDUPLICATA.
Quercus.
Fagus (intimum).
Corylus ſemi. (ſecunde)

Carpinus (ſecunde).
Tilia (ſecunde).
Padus ſpiraliter.
Ceraſus.
Amygdalus.
[*Meſpilus.*
Rhamnus.]
Alaternus.
Paliurus.
Juglans.
Piſtacia.
Rhus.
Fraxinus.
Sorbus.
Roſa.
Rubus.
Potentilla vulg.
Comarum obvolutum!
Bignonia.
Cytiſus.
Robinia.
Piſum.
Diadelphiae pleraeque.
Melianthus.
Paſtinaca.
Heracleum.
Laſerpitium.
Poterium.

8. PLICATA.
Crataegus.
Betula.
Alnus.
Fagus!
Vitis.
Acer.
Opulus.
Viburnum.
Ribes.
Althaea.
Malva.
Humulus.
Urtica.
Paſſiflora.
Alchemilla.

9. RECLINATA.
Podophyllum.
Aconitum.
Hepatica.
Pulſatilla.
Anemone.
Adoxa.

10. CIRCINALIA.
Filices.
Palmae nonnullae.

VII. STIPULATIO eſt Stipularum ſitus et ſtructura ad baſin foliorum.

Stipulae non minus quam folia in diverſis diverſae exiſtunt.

a. Nullae: *Aſperifoliae, Didynamia, Stellatae, Siliquoſae, Liliaceae, Orchideae, Compoſitae plurimae.*
Praeſentes: *Papilionaceae, Lomentacea, Icosandria.*

b. Geminae ſ. utrinque ſolitariae: *plerisque.*
Solitariae: *Melianthus* interne; *Ruſcus* externe.

c. Deciduae: *Padus*, *Ceraſus*, *Amygdalus*, et *ordo* V *Gemmarum.*

Perſiſtentes: *Diadelphia, Icosandria polygyna.*
d. Adnatae: *Roſa, Rubus, Potentilla, Comarum, Melianthus.*
Solutae: *plerisque.*
e. Intrafoliaceae: *Ficus, Morus.*
Extrafoliaceae: *Diadelphia, Alnus, Betula, Tilia.*

VIII. PUBESCENTIA eſt Armatura plantae, qua ab externis injuriis defenditur.

SCABRITIES componitur particulis, nudis oculis vix manifeſtis, quibus adſpergitur plantarum ſuperficies.

Guettardus lynceis oculis hanc, quaſi primus, vidit (mém. de Paris, ann. 1745.).

Glanduloſa Miliaris, [*Pinus ſpecies.*]
Veſicularis, *Mesembrianthemum, Aizoon, Tetragonia.*
Lenticularis, [*Betula alba* et *Alnus glutinoſa.*]
Globularis; *Atriplex, Chenopodium.*
Secretoria.
Catenulata.
Utricularis, [*Aloë ſpec.*]
Setacea Cylindrica.
Conica.
Hamoſa.
Glandulifera, *Ribes.*
Furcata, *Lavandula.*
Securiformis, *Humulus.*
aggregatae ſtellares *Alyſſum, Helicteres.*
ſimplices *Hippophaë.*
[palmaris: *Cheiranthus incanus.*
horizontalis medio adfixa: *Aſtragalus maſſilienſis, phyſodes et falcatus.*]
Articulata ſimplex.
nodoſa.
caudata.
ramoſa: *Verbaſcum.*
plumoſa.

LANA ſervat plantas ab aeſtu nimio.
Salvia canarienſis, *Sideritis* canarienſis, *Salvia* Aethiopis.

Marrubium, Verbaſcum, Stachys.
Cnicus eriocephalus, *Onopordum.*

TOMENTUM ſervat plantas a ventis; gaudet ſaepius colore *incano:*
Tomex.
Medicago, Halimus.

STRIGAE arcent ſetis rigidis animalcula et linguas:
Cactus.
Malpighia.
Hibiſcus, Rubus.

HAMI adhaerent animalibus praetereuntibus.
Triglochines *Lappulae.*
incurvi *Arctium, Marrubium,*
Xanthium, Petiveria.

STIMULI punctura venenata arcent animalia nuda,
Urtica,
Iatropha, Acalypha, Tragia.

ACULEI arcent propria animalia. [Teleologia, cui facile non adſentitur, qui ſecum reputaverit, Roſae adverſaria animalcula, Aphides, aculeis haud arceri.]
Volkameria, Piſonia.
Hugonia (ſpirales ſ. cirrhoſi).
Caeſalpinia, Mimoſa, Parkinſonia.
Capparis, Erythrina, Robinia.
Solanum, Cleome.
Smilax, Convolvulus, Aralia.
Duranta, [*Bombax,*] *Drypis.*
Euphorbia, Tragacantha, Tragopogon.

FURCAE arcent animalia.
Berberis, Ribes, Gleditſia.
Meſembrianthemum, Oſteoſpermum.
Ballota, Barleria, Fagonia, Poterium.

SPINAE RAMORUM arcent Pecora.
Pyrus, Prunus, Citrus,
Hippophaë.
Gmelina, Rhamnus, Lycium, Cateſbaea, Celaſtrus.
Ulex, Aſparagus.
Spartium, Achyronia, Ximenia,
Ononis, Stachys, Alyſſum, Cichorium.

FOLIORUM.

Aloë, Agave, Yucca.
Ilex, Hippomane, Theophraſta.
Carlina, Cynara, Onopordum.
Morina, Acanthus, Gundelia.
Juniperus, Salſola, Polygala.
Ruſcus, Borbonia, Statice, Ovieda.
Cliffortia.
CALYCIS.
Carduus, Cnicus, Centaurea.
Moluccella, Galeopſis.
FRUCTUS.
Trapa, Tribulus, Murex.
Spinacia, Agrimonia, Datura.

IX. GLANDULATIO vaſa ſecretoria offert.
1. *GLANDULAE PETIOLARES:*
Ricinus, Iatropha, Paſſiflora, Caſſia, Mimoſa.
[*Urceolatae* ſ. *naviculares* Krockeri: *Croton balſamiferus, aromaticus.*]
FOLIACEAE ex ſerraturis: *Salix.*
ex baſi: *Amygdalus, Cucurbita, Elaeocarpus, Impatiens, Cadus, Opulus.*
ex dorſo: *Urena, Tamarix, Croton.*
e ſuperficie: *Pinguicula, Droſera.*
[E venis et nervis hae nonnunquam oriuntur corpuſcula vermicularia continentes (vid. § 78. n. 5.).]
STIPULARES: Bauhinia, Armeniaca.
CAPILLARES: Ribes, Antirrhinum quadrifo- *Scrophularia, Ceraſtium, Silene.*
PORI: Tamarix, Silene viſcaria. [Cf. de h *Krockerum* de plantar. epidermide. Hal. 1800. 8
2. *FOLLICULI* ſunt vaſa aëre diſtenta.
Utricularia, ad radicem profert vaſcula ſubro- tunda inflata bicornia.
Aldrovanda, ad folia promit folliculos olliforme ſemicirculares.
3. *UTRICULI* ſunt vaſcula repleta liquore ſecret *Nepenthis* extremitas foliorum definit in filum, filum in cylindrum magnitudine et figura p nis, apice clauſum operculo, quod margine a tero aperitur.

Sarracenia folia habet cucullata, ferme uti Nepenthes, ſed ad radicem ſeſſilia.

[*Cephalotus follicularis* (Labillard. nov. Holland. tom. 2. tab. 145.) habet folia marſupii inſtar cava, antice laminis aucta ſeu plicis longitudinalibus ciliatis, ore contracto circulari, hamis munito introflexis, ſuperius vero producta in appendicem ſuborbiculatum emarginatum, reticulatum, operculiformem, ſupra os inflexum. Omnium foliorum, quotquot nota ſunt, ſumme ſingularis ſtructura.

Aſcium violaceum habet bracteam coloratam utricularem ore aperto apice clauſo, calyci appenſam.

Ruyſchia Surubea habet bracteam trilobam carnoſam, tertio lobo tubuloſo apice operculato.]

Marcgravia in centro umbellae promit vaſcula, quae referunt corollam ringentem Galeopſidis, ſed labio inferiori deſtitutam. *Gen. plant.* 507. [*Jacquin* ſtirp. amer. t. 96.

Cucullos eos centrales, Aconiti galeae ſimiles, nectaria perperam nominat *Linn.* ſpec. plant. Flores videntur eſſe ſuccedanei aut abortientes, quales Viburnum Opulus, Volkmannia japonica et Hydrangea hortenſis ferunt: interdum enim, *Jacquino* obſervante, ſtamina inſunt et piſtilla. *Brownius* vero teſtis eſt, aquam pluvialem aequo modo in iis accumulari ac in foliis Nepenthes et Sarraceniae. Cf. *Lamark* encyclop. 3. p. 710.]

X. LACTESCENTIA eſt copia liquoris, qui effluit laeſa planta.

Alba: *Euphorbia.*
Papaver.
Aſclepias, *Apocynum*, *Cynanchum* etc.
Semifloſculoſi T.
Campanula, *Lobelia*, *Jaſione.*
Acer, *Selinum*, *Rhus.*
[*Agarici lactiflui* album primo fundunt, dein luteſcentem aut rubeſcentem ſuccum.]

Lutea: *Chelidonium*, *Bocconia*, *Sanguinaria.*
Cambogia.

Rubra: *Rumex ſanguineus.*

XI. INFLORESCENTIA eſt modus, quo flores pedunculo plantae annectuntur, quem *Modum* Florendi dixere anteceſſores.

Verticillatae Rj: *Marrubium*.

Corymbiferae: *Siliquoſae* (*ord. nat.* 39.)

Spicatae: (ord. nat. 2.). *Piperes*, *Mimoſae*.

Paniculatae: *Gramina varia*.

Axillares ſunt plerique flores; ergo ſequentes rariores:

Oppositifolii, quorum flores folio e regione opponuntur, uti *Piper*, *Saururus*, *Phytolacca*, *Dulcamara*, *Vitis*, *Ciſti annui*, *Ciſſus*, *Corchorus*, *Ranunculus aquatilis*, *Geranium*.

[Foliisedi Phyllanthus, Piper foliiflorum *Vahl.*]

Interfoliacei: Flores inter folia oppoſita, ſed alternatim collocantur: *Aſclepias*.

Laterifolii: Flores ad latus baſeos folii: *Claytonia*, *Solanum*, *Aſperifoliae*.

Petiolares: Flores pedunculo petiolis inſerto: *Hibiſcus*, *Turnera*, [Suaeda altiſſima, linifolia *Pall.* haloph. t. 40. et microphylla t. 44.

Trunцigeni: *Carica cauliflora*, *Cynometra cauliflora*, *Melicytus ramiflorus*, *Cynomorium coccineum*, *Tetracera Calinea*, *Sloanea ſinemarienſis*, *Eugenia latifolia*, *Schizochlaena cauliflora* Aubert.]

Cirrhiferi flores: *Cardioſpermum*, *Vitis*.

Supraaxillares: *Aſperifoliae*, *Potentilla monſpelienſis*.

Mittimus varia, quae huc ſpectant: e. gr.

TEMPUS Germinandi antequam e Semine et Terra emergat:

Breviſſimum: *Tetradynamiae*, *Helxine*.

Annuum: *Hypecoum*, *Glaucium*, *Melampyrum* ſegetum, *Ranunculus* falcatus.

[Umbelliferae nonnullae.]

Bienne: *Meſpilus*, *Oxyacantha*, *Roſa*, *Cornus*.

Gemmandi ſeu gemmas aperiendi.

Florendi annuum:

horarium.

Vigendi,

Vigendi, quod in variis et diverſis proprium et ſingulare eſt.

164. Diſpoſitio (155) vegetabilium primaria (152) a ſola fructificatione deſumenda eſt.

Anteceſſores urgebant inſufficientiam fructificationis, quum partes ejus paucae ipſis innoteſcerent; nos easdem ſufficientiſſimas introduximus.

CALYX.	
Perianthium *Riv.*	*Calix Tournef.*
Involucrum *Arted.*	
Amentum.	*Julus T.*
Spatha *Linn.*	
Gluma *Raj.*	*Locuſta Raj.*
[Perichaetium *Hedw.*]	
Volva *Michel.*	
COROLLA *Linn.*	*Petalum T.*
Petalum *Col.*	
Tubus ſ. unguis.	*Unguis T.*
Limbus ſ. Lamina *L.*	
Nectarium *Linn.*	
STAMEN.	
Filamentum *Linn.*	*Stamen T.*
Anthera *L.*	*Apex T.*
PISTILLUM.	
Germen *L.*	*Ovarium B.*
Stylus *Boerh.*	*Piſtillum T. Tuba V.*
Stigma *Linn.*	
PERICARPIUM *Riv.*	
Capſula *Veter.*	*Capſula T.*
Siliqua *Veter.*	*Siliqua T.*
Legumen *Linn.*	
Conceptaculum *L.*	
Drupa *Linn.*	
Pomum *Veter.*	*Fructus carnoſus.*
Bacca *Veter.*	
Strobilus *R.*	*Conus T.*
SEMEN.	
Coronula *L.*	
Pappus *Veter.*	
Ala.	
Arillus *L.*	*Calyptra T.*

Hilum.	
Nux *Veter.*	*Nux T.*
Propago *Linn.*	
Receptaculum *Pont.*	*Placenta V.*
Palea *Vaill.*	
Umbella *Veter.*	*Umbella T.*
Cyma *Linn.*	
Spadix *Linn.*	

Genera ficta itaque vocanda ſunt ea omnia, quae fundamentum in ſola fructificatione non agnoſcunt: e. gr.

Limodorum T. *Radice fibroſa* non eſſet - - -	Orchis.
Biſtorta T. *Radice carnoſa* non	Polygonum.
Rapa T. *Radice gibba* -	Braſſica.
Siſarum T. *Radice tuberoſa*	Sium.
Hermodactylus T. *Radice tuberoſa*	Iris.
Siſyrinchium T. *Bulbo ſuperimpoſito* - - -	Iris.
Xiphium T. *Bulbo tunicato*	Iris.
Lilio Fritillaria B. *Bulbo ſquamoſo*	Fritillaria.
Meſomora R. *Caule herbaceo*	Cornus.
Anacampſeros T. *Caule erecto*	Sedum.
Pſyllium T. *Caule ramoſo*	Plantago.
Bellis Leucanthemum M. *Caule folioſo* - - -	Bellis.
Piloſella V. *Scapo nudo*	Hieracium.
Suber T. *Cortice fungoſo*	Quercus.
Larix T. *Foliis faſciculatis*	Abies.
Geniſtella T. *Foliis articulatis*	Geniſta.
Potamopithys B. *Foliis non ſtellatis*	Alſinaſtrum T.
Quinquefolium T. *Foliis digitatis*	Pentaphylloides T.
Lupinaſter B. *Foliis digitatis*	Trifolium.
Dracunculus T. *Foliis pedatis*	Arum.
Trichomanes T. *Foliis pinnatis*	Aſplenium.
Clymenum T. *Foliis pinnatis*	Lathyrus.
Muſcoides M. *Foliis imbricatis pluries* - -	Jungermannia.
Lentiſcus T. *Foliis ſine impari*	Terebinthus T.
Faba T. *Foliis ſine cirrho*	Vicia.
Cytiſo-Geniſta T. *Foliis ternis et ſimplicibus* - -	Spartium L.

Colocaſia B. *Foliis non auritis*	Arum.
Cirſium T. *Foliis non ſpinoſis*	Carduus.
Coronopus R. *Foliis pinnatifidis*	Cochlearia.
Coronopus T. *Foliis dentatis*	Plantago.
Ilex T. *Foliis denticulatis*	Quercus.
[Melilotus floribus racemoſis	Trifolium.

Sic *Stipulicida* et *Streptopus Michauxii* male ficta ſunt genera. Sic Hofmannus lichenes male ad habitum dispeſcuit.]

Genera ficta ex facie rejicienda ſunt omnia, niſi ſimul fructificationis principio inaedificata: e. gr.

Malus T. *Facie propria* itaque non	Pyrus.
Cydonia T. *Facie propria*	Pyrus.
Armeniaca T. *Facie propria*	Prunus.
Ceraſus T. *Facie propria*	Prunus.
Lauro-Ceraſus T. *Facie propria*	Prunus.
Limon T. *Facie propria*	Citrus.
Napus T. *Facie propria*	Braſſica.
Abſinthium T. *Facie externa*	Artemiſia.
Abrotanum T. *Facie externa*	Artemiſia.
Bellidiaſtrum M. *Habitu proprio*	Doronicum.
Euphorbia T. *Habitu aphyllo*	Tithymalus T.

165. Quaecunque vegetabilia in fructificationis partibus (86) conveniunt, non ſunt, ceteris paribus (162), in Diſpoſitione Theoretica (152) diſtinguenda.

Geſnerus invenit, *Caeſalpinus* introduxit, *Moriſonus* reſuſcitavit, *Tournefortius* enutrivit hoc ſummum in Botanices ſcientia inventum.

Rivinus: Quaecunque conveniunt flore et ſemine, eodem nomine deſignandae ſunt; et vi oppoſitorum.

Knautius: Quaecunque plantae ad eundem modum florent, et capſulas ſeminales producunt, illae ad idem genus pertinent; et viciſſim e contrario.

[Damnanda itaque diſtinctio Amygdali et Pruni, Pyri et Mali et Sorbi et Cydoniae: Lonicerae et Diervillae et Xyloſtei: Spartii et Geniſtae: Meſpili et Crataegi.]

166. Quaecunque vegetabilia in fructificatio-

niſ partibus (86) differunt, obſervatis obſervandis (162), non ſunt combinanda.

Canon ex oppoſito antecedentis fluit.

[Rhynchoſporam merito *Vahlius* a Schoeno, Stachytarphetam a Verbena, Radiolam *Smithius* a Lino. *Juſſievus* Phalangium ab Antherico, Antirrhinum a Linaria. *Schraderus* Trichodium ab Agroſtide. *Gaertnerus* Fediam a Valeriana diſtinguit. Male coniungit Thunbergius Chenopodium et Atriplicem: male iunxit Linnaeus Ciſtum et Helianthemum Tournefortii, Serapiades et Epipactides, Polypodia et Aſpidia, Lichenes denique omnes in unum Genus.]

167. NOTA CHARACTERISTICA (189) omnis erui debet a Numero, Figura, Proportione et Situ omnium partium Fructificationis (86) differentium (98-104).

Methodum, qua character omnis genericus conficiendus eſt, tradit.

Numerus non excedit 24 literas alphabeti.

Sint *Fructificationis* partes VII.

Calycis	- -	7.
Corollae	- -	2.
Staminum	- -	3.
Piſtilli	- -	3.
Pericarpii	- -	8.
Seminis	- -	4.
Receptaculi	-	4.
	Summa	38.

Partium omnium *Numerus*
Figura
Situs
Proportio
4.

ergo quater triginta octo: 152.

Mutetur modus ſecundum partes 38, fit 5736.

adeoque ſufficit fructificatio ad minimum generibus 5736, quae nunquam exiſtant.

Falſo itaque adſumitur habitus (§. 163.), color, magnitudo, cotyledones et alia, exceptis datis.

Knautius ex modo florendi plura nova genera ſpuria fabricavit.

Sic falſo *Pſyllii* habitus.

Blattariae glabrities.

Numulariae modus florendi.

Daphnes Kn. modus florendi.

Craccae modus florendi multiflorus.

Limonii T. Flores ſparſi.

Inula ab *Aſtere* diſtincta genera ex colore *Vaill.*

[At quomodo Aſter a Solidagine ſine colore?]

Cactus Melocactus monocotyledoneus(?) *Opuntia* dicotyledoneus.

[Pinus Larix embryone dicotyledoneo, octonas aut duodenas gerit cotyledones, ſi germinat. Pinus ſylveſtris habet quinas, P. mariana ternas, P. americana quaternas, P. picea quinas, P. Abies nonas, P. Cembra duodenas.]

168. Habitus (163) occulte conſulendus eſt, ne genus erroneum levi de cauſa fingatur.

Experientia rerum magiſtra, primo intuitu ex facie externa, plantarum familias ſaepius divinat.

Exempla confirmant regulam:

Iſopyrum, Nigella, Helleborus, Caltha diverſa.

Sambucus et Ebulus; Trifolium et Triphylloides conjungenda.

Primo intuitu diſtinguit ſaepius exercitatus Botanicus plantas Africae, Aſiae, Americae Alpiumque, ſed non facile diceret ipſe, ex qua nota. Neſcio, quae facies *torva*, *ſicca*, *obſcura* Afris; quae *ſuperba*, *exaltata* Asiaticis; quae *laeta*, *glabra*, Americanis; quae *coarctata*, *indurata* Alpinis?

Occulte conſulendus eſt habitus, ne intret cohortem notarum characteriſticarum et genera disterminet. Exemplis probatur *Boerhaavii Ind. Lugduno-Batavi;* cum nullus ex facie deſcripta homines ſingulos noſſe ſtuderet.

Characteres habituales ſufficientes quamvis non ſint, tamen primo intuitu plantam ſaepius manifeſtant; hi confici poſſent ſequenti modo:

CARYOPHYLLEAE, Ord. nat. 22.
Placentatio *dicotyledonis.*
Radicatio *fibroſa.*
Ramificatio *oppoſita, articulata, erecta.*
Intorſio *piſtilli ſiniſtra.*
Foliatio *obvoluta, lanceolata, indiviſa.*
Stipulatio *nulla.*
Pubeſcentia *vix notabilis.*
Infloreſcentia *dichotoma.*
VERTICILLATAE, Ord. nat. 42.
Placentatio *dicotyledonis.*
Radicatio *fibroſa.*
Ramificatio *oppoſita, tetragona.*
Foliatio *obvoluta, ſimplex.*
Stipulatio *nulla.*
Pubeſcentio *ſubvilloſa.*
Infloreſcentia *verticillata, bracteata.*
ASPERIFOLIAE Ord. nat. 41.
Placentatio *dicotyledonis.*
Radicatio *fibroſa.*
Ramificatio *alterna.*
Foliatio *convoluta, ſimplex, indiviſa.*
Stipulatio *nulla.*
Pubeſcentia *ſcabra.*
Intorſio *ſpiralis ſpicae recurvae.*
Infloreſcentia *laterifolia.*
UMBELLATAE Ord. nat. 45.
Placentatio *dicotyledonis reducta.*
Radicatio *fuſiformis.*
Ramificatio *alterna, teretiuſcula, erecta.*
Foliatio *duplicata, ſupradecompoſita.*
Stipulatio *nulla, vaginans petiolo.*
Pubeſcentia *inermis.*
Infloreſcentia *umbellata.*
LEGUMINOSAE Ord. nat. 32.
Placentatio *dicotyledonis immutata obliqu inſerta.*
Radicatio *fibroſa, ſubnodoſa.*
Ramificatio *alterna.*
Foliatio *conduplicata ſ. convoluta, pinnata.*
Stipulatio *inſignis.*
Pubeſcentia - -

Intorſio *cirrhoſa.*
Infloreſcentia *ſubſpicata, ſecunda.*
SILIQUOSAE Ord. nat. 39.
Radicatio *carnoſo-fibroſa.*
Ramificatio *alterna.*
Foliatio *convoluta, ſublyrata.*
Stipulatio *nulla.*
Pubeſcentia *inermis.*
Infloreſcentia *corymboſa, terminalis, ebracteata.*
COLUMNIFERAE Ord. nat. 37.
Placentatio *dicotyledonis, cordata, ſubplicata.*
Radicatio *fibroſa.*
Ramificatio *alterna.*
Foliatio *plicata, ſimplex.*
Stipulatio *anguſta, patula.*
Pubeſcentia *ſubtomentoſa.*
Infloreſcentia *axillaris, dedunculata.*
FILICES Ord. nat. 55.
Radicatio *fibroſa, faſcicularis.*
Ramificatio *diſticha.*
Intorſio *circinalis.*
Foliatio *circinalis, pinnata.*
Stipulatio *nulla.*
Pubeſcentia *ſtrigoſa.*
Infloreſcentia *dorſalis, ſeſſilis.*
[Eximie in his characteribus habitualibus deſudavit ſummus *Juſſievus.*]

169. Quae (167) in uno genere ad Genus ſtabiliendum valent, minime idem in altero neceſſario praeſtant.

Scias Characterem non conſtituere Genus, ſed Genus Characterem.
Characterem fluere e Genere, non Genus e Charactere.
Characterem non eſſe, ut Genus fiat, ſed ut Genus noſcatur.

Exempla demonſtrant hoc evidentiſſime;
Caricae Mas *monopetalus*, Femina *pentapetala* eſt.
Jatrophae flores Maſculi *monopetali*, Feminei *pentapetali.*

Myrica altera *ſemine nudo*, altera *baccato*.
[Fumariae fructus differentes.]
Fraxinus alia *flore nudo*, alia *corollato*.
Geranium aliud *corolla regulari*.
Linum aliud *pentapetalum*, aliud *tetrapetalum*.
Aconitum aliud *tricapſulare*, aliud *quinquecapſulare*.

Controverſia inde Rivini cum Dillenio (§. 21.).
Haereſis inde ſumma Botanices, quae genuit genera ſpuria innumera, in ſummum damnum Botanices.
Trifolium e. gr. aliud *monopetalum*, aliud *polyſpermum*; urgent nonnulli Monopetalum et Polypetalum, Monoſpermum et Polyſpermum, ſub eodem genere militare non poſſe; ergo contra Naturam genera ſpuria condunt.

170. Raro obſervatur Genus, in qua pars (167) aliqua fructificationis non aberret.

Genera ficta a ſpeciebus, aliqua parte fructificationis diverſis, plurima orta ſunt: e. gr.

Ariſarum T. *ſpatha cucullata* ergo non - - -	Arum.
Aſteriſcus T. *cal. ſtellato folioſo*	Buphthalmum.
[Wiggerſia *flor. Wetterav.*	Vicia.
Borkhauſenia - - -	Fumaria.
Baldingera - - -	Phalaris.
Padus - - - -	Prunus.
Leſpedezia *Michaux* -	Hedyſarum.]
Silybum V. *calycis ſpinis* -	Carduus.
Moldavica T. *calyce gibbo bilabiato*	Dracocephalum.
Tithymaloides T. *calyce gibbo irregulari* - - -	Euphorbia.
Trionum L. *calyce inflato*	Hibiſcus.
Ficaria D. *calyce 3phyllo polypetalo*	Ranunculus.
Iva D. *calyce gibbo* -	Teucrium.
Lunularia M. *calyce comm. 4fido*	Marchantia.
Leucanthemum T. *calycis ſquamis anguſtis* - -	Chryſanthemum.
Cardiaca T. *calyce 5dentato*	Leonurus.
Paronychia T. *calycis foliis cucullatis* - - -	Herniaria.

Pſeudodictamnus T. *calycibus infundibuliſ.* - -	Marrubium.
Anemone - Ranunculus D. *corolla 5petala* - - -	Anemone.
Valerianoides V. *corolla caudata*	Valeriana.
Bromelia P. *corolla tripetala*	Ananas.
Opuntia T. *corolla polypetala*	Cactus.
Glaucium T. *corolla roſacea*	Chelidonium.
Polygonatum T. *corolla tubuloſa**	Convallaria.
Centaurium minus T. *cor. infundibuliſ.* - - -	Gentiana.
Liliaſtrum T. *corolla hexapetala*	Hemerocallis.
Borbonia P. *corolla pentaphylloidea*	Laurus.
Benzoë B. *corolla octofida*	Laurus.
Auricula urſi T. *corolla hypocrateriformi* - - -	Primula.
Triphylloides T. *corolla monopetala*	Trifolium.
Oxycoccus T. *corolla tetrapetala*	Vaccinium.
Zanonia P. *corolla tripetala*	Commelina.
Borraginoides B. *corolla infundibuliſ.* - - -	Borrago.
Horminum T. *c. galea galeata, barba concava* - -	Salvia.
Sclarea T. *c. galea falcata, barba concava* - -	Salvia.
Phelypaea P. *corollae galea bifida*	Clandeſtina T.
Murucuja T. *Nectario indiviſo*	Paſſiflora.
Sherardia V. *ſtamina 2* -	Verbena.
Stellaris D. *ſtamina non plana*	Ornithogalum.
Porrum T. *ſtamina trifida*	Allium.
Dodonaea P. *flore trifido* -	Ilex.
Hypociſtis T. *flore quadrifido*	Aſarum.
Radiola D. *flore quadrifido*	Linum.
Unifolium D. *flore quadrifido*	Convallaria.
Bernhardia A. *floribus dioicis*	Croton.
Petaſites T. *floribus faſciculatis*	Tuſſilago.
Ananthocyclus V. *floribus floſculoſis*	Cotula.
Ceratocephalus V. *floribus radiatis*	Bidens.
Doria D. *floſculis radii raris*	Solidago.

Mitto genera Ruppiana non definita, Knautiana et aliorum, quibus ſuffecerit bene velle, e. gr. Medium Campanulae *fr. 5loculari.*

Speculum Veneris Campanula *fr. ſiliquoſo.*
Cornucopioides Valerianae *fl. irregulari.*
Limonioides Statices *fl. monopetalo.*
Viſcaria Silenes *fr. 5loculari.*
Tetragonolobus Loti *fr. angulari.*
Ergo, niſi canon aſſumeretur, tot genera evaderent, quot ſpecies exiſtunt.

171. In plerisque Generibus nota aliqua Fructificationis ſingularis (105) obſervatur.

Denticuli Staminum in *Prunella, Torenia, Alyſſo, Crambe.*
Stamen mutilatum: *Chelone, Bignonia, Martynia.*
Pori nectariferi in unguibus petalorum *Ranunculi.*
Rimae clauſae intra corollam *Hydrophylli.*
Nectaria tubuloſa *Hellebori, Nigellae.*
Hyoscyamus capſulâ operculata diſtinguitur a *Phyſalide.*
Pancratii ſtamina nectario inſerta, diverſa a *Narciſſo.*
Reſedae nectarium laterale, corolla et piſtillo vario.
Campanulae nectarium 5valve, capſula, et corolla varia.
Iris ſtigma ſingulare, corollae barba varia.

172. Si nota aliqua fructificationis ſingularis (105) vel ſui generis propria (171) in ſpeciebus non omnibus adſit, ne plura genera accumulentur cavendum.

Erica et *Andromeda* antea genere juncta fuere, ſed antherae bicornes *Ericae* propriae. [Tot muticae, quot ariſtatae, criſtatae et bicornes. Interea jungenda non ſunt haec genera, ob numeri artificialis valorem Blairia 4. Erica 8. Andromeda 10.]
Ranunculus adſumſit antea *Adonidem*, ſed *Adonis* caret poris nectariferis.
Aloë et *Agave* idem genus conſtituebant, ſed ſtamina in hac non receptaculo, at corollae inſerta, utrumque genus diſtinguunt, [ſic et Sanſeviera diſtinguitur ab Aloë. Alioquin Anemone ranuncu-

loides, nemoroſa et ſylveſtris, nectariis carentes, alius eſſent generis ac A. pratenſis, Pulſatilla et Hepatica, nectariis inſtructae. Pyri trigynae eſſent Sorbi. Meſpili ſaepe digyni Crataegi. *Senecionis* calyx ſimplex calyculatus, non maculae atrae in apice. Alioquin Polygona dirimerentur ſecundum numerum ſtaminum.]

173. Si nota generi ſingularis (105) etiam in genere affini reperiatur, ne idem genus in plura, quam natura dictitat, ſeparetur, cavendum.

Sedum, Sempervivum, Rhodiola, Craſſula, Tillaea, Cotyledon [Bryophyllum *Saliſb.*, Verea *Andrews*,] nectariis piſtilli baſi adhaerentibus.

Epilobium, Oenothera calyce tubuloſo.

Meſpilus, Crataegus, Sorbus floris ſtructura. [Nectaria glanduloſa tamen in fundo corollae pluribus ſiliquoſis communia, hinc Braſſica, Sinapis, Siſymbrium alio modo diſtinguenda. *Leptoſpermum* et *Metroſideros* ſola longitudine ſtaminum et loculorum capſulae numero differunt: in L. marginato confluunt.]

174. Quo conſtantior pars aliqua fructificationis (167) eſt in pluribus ſpeciebus, eo etiam certiorem exhibet notam genericam.

Hypecoi Nectarium, non Siliqua conſtans eſt.

Convallariae Bacca maculata, non corolla *Lilii convallii, Polygonati, Unifolii*. [*Alyſſi* ſiliculae, non dentes ſtaminum.]

Caſſiae corolla, non ſiliqua.

Lobeliae corolla, non fructus *Lobeliae, Cardinalis, Rapuntii, Laurentiae.*

Verbenae calyx et corolla, non ſtamina et ſemina *Sherardiae V.*

175. In aliis generibus haec, in aliis alia pars fructificationis conſtantior obſervatur, nulla vero conſtantiſſima eſt.

Pericarpium diverſum in congeneribus docet *Impa-*

patiens, *Campanula*, *Primula*, *Papaver*, *Ciſtus*, *Fumaria*, *Arbutus*.
Calycem: [*Ranunculus*, *Salvia*.]
Corollam: *Vaccinium*, *Convallaria*, *Andromeda*, *Gentiana*, *Linum*, [*Lepidium*.]
Stamina: *Coriſpermum*, *Valeriana*, [*Spergula*, *Stellaria*.
Piſtilla: *Meſpilus*.]
Semina: *Ranunculus*, *Aliſma*, [*Spergula*, *Pinus*.
Nectaria: *Anemone*, *Euphorbia*.
In generibus adfinibus dividendis oportet character quidam primarius fixus eſſentialis praedominetur.
Id enim leges rationis poſtulant, ut diverſa naturae phaenomena in unum comprehendantur.
Sic in Orchideis calcaris praeſentia, labelli forma et columnae genitalium praevalet.
In Malvaceis forma et diviſio calycis, ut et fructus.
In Aſperifoliis corollae faux et forma.
In Graminibus infloreſcentia et numerus florum in eadem gluma.
In Siliquoſis forma ſiliquae et calycis.
In Leguminoſis contra nullus character primarius, modo forma leguminis, modo ſtigmatis, modo calycis, modo corollae.
In Muſcis male et ad calyptram et ad periſtomium et ad gemmarum formam reſpicitur.
Dandum tamen, hanc regulam ubivis applicandam non eſſe: deficit enim nonnunquam aut latet character primarius e.g. in Tricoccis, Roſaceis et fere in Liliis, Aſphodelis ac Narciſſis.]

176. Si Flores (87) conveniunt, Fructus (87) autem differunt, ceteris paribus, conjungenda ſunt Genera.

Flores ſimiles, fructus diverſos in eodem genere exiſtere docent *Caſſia*, *Hedyſarum*, *Sophora*, *Lavatera*, *Hibiſcus*, *Mimoſa*.

[Canonis hujus et ſequentis dignitati ſuffragantur alii graviſſimi e. g. §. 172. 173. ſuffragatur dein neceſſitas, legibus rationis obtemperare atque conjungere

potius quam ſeparare. Hinc taxanda eſt diremtio Hedyſari juxta formam leguminum; taxanda Fumariae distributio, carpenda *Michauxii* genera Petaloſtemon (quod Dalea), Pycnanthemum (quod Clinopodium): *Ruizii* et *Pavonii* Piperomia (quae Piper), Foveolaria (quae Styrax), Maxillaria (quae Dendrobium), Fernandeſia, Bletia et Sobralia (quae Cymbidium): *Adanſonii* Lonas (quae Athanaſia), Aparine et Cruciata (quae Galium): *Gärtneri* Cirſium (quod Cnicus): *Salisburyi* Caſtalia (quae Nymphaea).

Verum tamen *Fructus omnino gravior eſt flore, quod ultimo vegetationem perficit.* Quodſi itaque habitus tacite conſultus et aliae notae differunt, merito ad fructus differentiam nova ſunt genera condenda.

Jure novum genus conſtituit *Michauxius* Dalibardam, quae olim Rubus, receptaculo exſucco: jure *Schreberus* diremit Serratulam in tria genera, Serratulam (rec. paleaceo, papp. plumoſo), Vernoniam (rec. nudo, papp. paleaceo et piloſo) et Liatrin (rec. nudo, papp. plumoſo): jure Apargia et Thrincia a Leontodonte, Tolpis a Crepide, Helminthia a Picride, Rhagadiolus et Zacyntha a Lapſana ſejunguntur: jure *Schraderus* Elynam (quam Willd. Cobreſiam dicit) a Carice: *Gärtnerus* Eleuſinem a Cynosuro: *Lamarckius* Oreoſelinum et Cervariam ab Athamanta ſegregarunt. Hinc *Rhizobolus butyroſus* Schreb. longe differt a *Caryocaris* genere, quocum male jungit Willd. Rhizoboli enim Pet. 5. Caryocaris Pet. 3. illius Nuces 4 uniloculares, hujus Drupa nucleis 4.

Haec unica norma eſt, qua lichenes, muſci ipſique gaſtromycetes distribuuntur. Lycogala, Scleroderma, Boviſta, Geaſtrum Lycoperda eſſe non poſſunt, ob peridii et ſtromatis eſſentialem differentiam. Eadem dirimit Merulium ab Agarico, Rivulariam a Linkia, Hyſterium a Xylomate.]

177. Figura (95) Floris (87) certior eſt quam Fructus (87); Proportio (96) partium autem maxime diverſa, ſed conſtantiſſima.

Florem certiorem eſſe fructu, patet plurimis exemplis: *Campanula, Medium, Speculum veneris.* [Capſ. obtecta et priſmatica.]

Primula, Auricula urſi. [Nulla differentia.]
Antirrhinum, Elatine, Aſarina. [Nulla differentia.]
Aliſma, Damaſonium. [Fructus obtuſi et ſubulati nullam faciunt differentiam.]
Hibiſcus, Malvaviſcus. [Vere diſtincta genera.]
Ciſtus, Helianthemum. [Vere diſtincta genera, non fructu ſolo ſed et calyce.]
Fumaria, Corydalis. [Recte.]
Arbutus, Uva urſi. [Nulla differentia.]
Clematis, Viticella. [Nulla differentia.]
Guilandina, Zygophyllum, Papaver.
Ranunculus, Heſperis, Datura.

178. *Numerus* (94) facilius aberrat quam *Figura* (95), proportione numeri tamen optime explicatur; *Flores* autem *numero* in eadem planta *diverſi*, ſecundum primarium conſiderandi.

Flores numero diverſi in eadem planta.

Rutae flos	5,	flores 4,	confirmat	*Pſeudo Ruta Mich.*
Chryſoſplenii	5,	— 4,	—	*Saxifraga.*
Monotropae	5,	— 4,	—	*uniflora.*
Tetragoniae	5,	— 4,		
Evonymi	5,	— 4,	—	*americana.*
Philadelphi	5,	— 4,		
Adoxae	4,	— 5.		

ergo primarius determinat numerum naturalem.

Affinitates numeri fructificationis propriae.

Floris X et VIII.	*Stamina* in eadem:	*Rutæ, Monotropæ.*
—	in diverſis:	*Vaccinii et Oxycocci T.*
—	— —	*Stellerae et Paſſerinae Tr.*
—	— —	*Sedi et Rhodiolæ L.*
—	— —	*Arenariae et Möhringiae.*
V et IV.	*Corolla* in eadem:	*Evonymus, Ruta.*
	— —	*Philadelphus, Monotropa.*

in diverſa: *Linum et Radiola D.*
Calyx in diverſa: *Nymphaea lutea et alba.*
Stamina in eadem: *Evonymus.*
in diverſa: *Mimoſa* -
IV et III. *Flos* in eadem: *Aſperula* · *Rubeola T.*
in diverſa: *Paris eur. et americana.*
Ilex et Dodonea Plum.

Fructus V et III. frequentiſſime proportionati.
Rutae cum *Pegano.*
Evonymi — *Celaſtro.*
Nigellae — *Garidella.*
Ciſti T. — *Helianthemo* T.
Aconiti — *Anthora.*
Viſcariae — *Silene.*
V et IV. *Rutae*, *Evonymi*, *Philadelphi*, *Lini et Rhodiolae.*

[Numeri inconſtantia ſumma in Stellaria media *Smith.* Alſine media L. in Euphorbiae ſpeciebus, in Lythro Hyſſopifolia. Waldſteinia a Geo, Verbena a Stachytarpheta, Blairia ab Erica, Laugeria a Guettarda, Celſia a Verbaſco, Antichorus a Corchoro ſolo partium numero differunt: neque tamen rejicienda haec diremtio.

Contra *Aphanes* cum *Alchemilla* jungitur, *Unifolium* cum *Convallaria*, *Rhamnus catharticus* cum *Frangula*, *Triopteris* cum *Tetrapteride* Cav.]

179. *Situs* (97) *partium* conſtantiſſimus eſt. *Receptaculi* (86) *ſitum* in ordinibus (161) magni fecit *Tournefortius* (64).

TOURNEFORTIUS calycem abire in fructum rectius intellexit, quam vere dixit; idem enim eſt ac germen vel ſupra elevatum vel infra perianthium detruſum, ut in *Saxifraga* et *Geo T.*

Situs partium rariſſime in congeneribus mutatur.

[Hinc Sanſeviera non *Aloë*: Alnus non Betula: Caladium non Arum.
Sed contra: Fagus et Caſtanea ad idem genus pertinent,
Meſpilus et Crataegus,
Walteria et Lophanthus,
Protea et Adenanthos *Labillard.*
Stamina declinata, quae diſtinguunt Andromedam a Rhododendro, non diſtinguunt Epilobii ſpecies.]
Ambit interne calycis parietes receptaculum in Icosandriis aliisque, unde corolla et filamenta calyci inſeruntur in *Fragaria, Pyro, Oenothera.*

180. *Petalorum Regularitatem* nimiam fecit *Rivinus* (61).
Umbellatae aliae gaudent corollis regularibus, *aliae* irregularibus.
Gerania europaea corolla regulari, *africana* irregulari: [hinc etiam et ob alias differentias diverſi ſunt generis.]
Lycopſis et *Echium*, inter regulares *Aſperifolias*, irregulari corollâ gaudent. [Ad genericam differentiam tamen ſufficit, unde Iberis et Lepidium ſatis diſtincta ſunt.]

181. *Nectarium* (110) maximi fecit naturâ.
Nectarium ne nomine notum erat, antequam idem determinavimus.
[Conſulatur §. 110.
Speciosiſſima forte Nectaria Paſſiflorae, Napoleonae, Deidamiae *Aubert.*, Aconiti, Nigellae, Aſclepiadis, Reſedae, Aquilegiae, Fumariae, Violae.
Hinc Dioſmae dividendae, quod jam *Bergius* et *Wendlandius* fecerunt.
Hinc Viola verticillata *Orteg.* non Viola.
Hinc Buchanania, Spondias et Robergia diverſa: Linaria ab Antirrhino.]

182. Stamina et Calyx, luxuriationibus minus obnoxia, petalis longe certiora ſunt.
Corollae figurâ diverſae in eodem genere multae ſunt:

Vacci-

Vaccinia, *Pyrolae*, *Andromedae*, *Nicotianae*, *Menyanthes*.
Primulae, *Veronicae*, *Gentianae*, *Hyacinthi*, *Scabioſae*, *Narciſſi*.

Corollae numero diverſae in diſtincta ſpecie:
Ranunculus Pentapetalus, Polypetalus,
Helleborus Pentapetalus, Polypetalus.
Statice Pentapetala, Monopetala.
Fumaria Dipetala, Tetrapetala.
[*Lepidium* ruderale.
Paſſiflora monopetala, pentapetala.]
— — — in eadem ſpecie.
Carica, *Iatropha*.

[Corolla deficit in eodem genere: *Paſſiflora minima*, *anguſtifolia*, *ſuberoſa*, *peltata* et *hederacea* apetala: hinc Murucuja et Tacſonia Juſſ.
Sed ſtaminum numerus varius in Valeriana, Cypero, Gentiana, Polygono, Phytolacca, Lythro, Monotropa, Capparide.]

183. *Pericarpii ſtructura* (92) ab anteceſſoribus Botanicis trita, innumeris exemplis docuit ſe minus valere, quam ii crediderant.
[Conſulatur §. 176.]

Genera ficta fundamento fructus ſuperſtruuntur, nec habito reſpectu ſanae theoriae, plurima introducta ſunt, e. gr.

Clandeſtina T.	*Fructu elaſtico* non eſſet	Anblatum T.
Trollius R.	*Fructu multicapſulari*	Helleborus.
Seſamoides T.	*Fructu multicapſulari*	Reſeda.
Lycoperſicon T.	*Fructu multiloculari*	Solanum.
Aſcyrum T.	*Fructu quinqueloculari*	Hypericum.
Dortmanna R.	*Fructu biloculari*	Rapuntium T.
Helianthemum T.	*Fructu uniloculari*	Ciſtus.
Androſaemum T.	*Fructu uniloculari*	Hypericum.
Pavia B.	*Fructu uniloculari*	Aeſculus.
Aſarina T.	*Fructu multivalvi*	Antirrhinum.
Elatine D.	*Fructu latere dehiſcente*	Antirrhinum.
Nelumbo T.	*Fructu apice perforato*	Nymphaea.
Raphaniſtrum T.	*Fructu articulato*	Raphanus.
Cakile T.	*Fructu articulato*	Bunias.

Ulmaria T. *Fructu contorto* Filipendula.
Perſica T. *Fructu ſucculento* Amygdalus.
Caſſia T. *Fructu ſucculento* Senna T.
Inga P. *Fructu ſucculento* - Acacia T.
Malvaviſcus D. *Fructu ſucculento* Hibiſcus.
Lobelia P. *Fructu drupaceo* Rapuntium T.
Pereſkia P. *Fructu folioſo* - Cactus.
Sabina B. *Fructu verrucoſo* Juniperus.
Bihai P. *Fructu triſpermo* - Muſa.
Alaternus T. *Fructu triſpermo* Rhamnus.
Frangula T. *Fructu diſpermo* Rhamnus.
Dracunculus B. *Fructu monoſpermo* Haemanthus.
Onobrychis T. *Fructu monoſpermo* Hedyſarum.
Malvinda D. *Fructu non inflato* Abutilon T.
Cyſticapnos B. *Fructu inflato* Fumaria.
Impatiens R. *Fructu attenuato* Balſamina T.
Guazuma P. *Fructu reticulato* Cacao T.
Paliurus T. *Fructu clypeiformi* Rhamnus.
Aliſma D. *Fructu non corniculato* Damaſonium T.
Securidaca T. *Fructu gladiato* Coronilla.
Melo T. *Fructu ovato* - Cucumis.
Melopepo T. *Fructu ſulcato* Cucurbita.
Rapiſtrum T. *Fructu non dehiſcente* Crambe.
Radicula T. *Fructu ſiliculoſo* Siſymbrium.
Blattaria T. *Fructu rotundiore* Verbaſcum.
Perſea P. *Fructu undique baccato* Laurus.
Cururi P. *Fructu ad apicem ſeminifero* Seriana P.
Burſa paſtoris T. *Fructu non marginato* Thlaſpi.
Naſturtium T. *Fructu marginato* Lepidium.
Valerianella T. *Fructu non pappoſo* Valeriana.
Anemonoides D. *Seminibus nudis* Anemone.
Eupatoriophalacrum V. *Seminibus nudis* - - - - Verbeſina.
Leontodontoides V. *Seminibus ſubnudis* - - - - Hyoſeris.
Atractylis V. *Seminibus corona obſoleta* - - - Carthamus.
Carthamoides V. *Seminibus pappoſis* Carthamus.
Zacyntha T. *Seminibus pappoſis* Lapſana.
Alypum N. *Seminibus pappoſis* Globularia.
Xeranthemoides V. *Pappo plumoſo* Xeranthemum.
Aſteropterus V. *Pappo plumoſo* Aſter.

Acarna V.	*Pappo plumoſo*	Cnicus.
Achyrophorus V.	*Pappo plumoſo*	Hypochoeris.
Carlinoides V.	*Pappo obſoleto*	Carlina.
Viticella D.	*Seminibus caudatis*	Clematis.
Nymphoides T.	*Seminibus arilloſis*	Menyanthes.
Karatas P.	*Seminibus non arillatis*	Bromelia.
Tragopogonoides V.	*Seminibus incurvis*	Tragopogon.
Tinus T.	*Seminibus pyriformibus*	Viburnum.
Opulus T.	*Seminibus cordatis*	Viburnum.
Perſicaria T.	*Seminibus triangularibus*	Polygonum.
Emerus T.	*Seminibus cylindricis*	Coronilla.
Foeniculum T.	*Seminibus craſſis*	Anethum.
Lens T.	*Seminibus lentiformibus*	Cicer.
Pepo T.	*Seminibus non emarginatis*	Cucurbita.
Falcaria D.	*Seminibus gracilibus*	Sium.
Cerinthoides B.	*Seminibus 4 diſtinctis*	Cerinthe.
Blairia H.	*Seminibus echinatis*	Sherardia V.

184. *Luxuriantes flores* (119), Eunuchi (150) et Mutilati (119), ut Monſtra, calculos in generum conſtitutione non ferunt.

Pleni Flores ſi characterem intrarent, plerisque plantis nullus numerus petalorum adſignari poſſet, et in plerisque characteribus Stamina excluderentur.

Mutilati (119) excludunt corollam, adeoque etiam in charactere e. gr. *Campanulae, Ipomoeae, Ruelliae,* etc. §. 119. corolla excluderetur, contra naturam reliquarum ſpecierum.

185. *Multiplicati* (120) et *Pleni* (121) flores a Perianthio et infima ſerie petalorum, uti *Proliferi* (122) a Prole, judicantur.

Flos plenus ad Genera referri nequit, cum monſtroſus ſit; fiet hic naturalis, ſi in ſolo macro ſeratur.

Perianthium in flore pleno non mutatur, hinc ad genus ſaepius refertur flos plenus, ſecundum Methodos Calycinas; e. gr. *Hepatica, Ranunculus, Alcea.*

Corollae Polypetalae infima Series numero con-

ſtans permanet etiam in plenis, hinc numerus petalorum inde ſaepius facillime eruitur, ut in *Papavere, Nigella, Roſa.*

186. CHARACTER eſt Definitio Generis; isque triplex datur; *Factitius* (188), *Eſſentialis* (187), et *Naturalis* (189).

Character genericus idem eſt ac *Definitio generis.*
HABITUALIS ab Habitu (§. 163.), quem adſumſere veteres, poſt detectam fructificationem (164) hodie per ſe exolevit in generibus.

187. ESSENTIALIS Character (186) notam Generi, cui applicatur [maxime própriam], (171) et ſingularem (105) ſubminiſtrat.

ESSENTIALIS Character unica idea diſtinguit Genus a congeneribus ſub eodem ordine naturali.
Exempla Syſt. Natur. plures habet, quod vide:

Nyctanthes, Circaea, Gratiola, Salvia; Olax; Iris, Melica; Protea.

Plantago, Epimedium; Hydrophyllum, Mirabilis, Hyoscyamus, Phyſalis.

Stapelia, Ceropegia, Aethuſa, Parnaſſia, Statice.

Galanthus, Narciſſus, Pancratium, Aſphodelus, Aloë, Haemanthus.

Tropaeolum; Laurus; Anacardium, Dictamnus, Zygophyllum.

Melia, Dianthus, Phytolacca; Bixa; Reſeda, Delphinium.

Aconitum, Nigella, Liriodendrum, Uvularia, Ranunculus, Helleborus.

Hyſſopus, Brunella, Scutellaria, Euphraſia, Torenia, Lathraea, Craniolaria.

Halleria, Acanthus; Crambe, Alyſſum: Hermannia, Pentapetes.

Hibiſcus; Polygala, Amorpha, Dalea, Pſoralea; Theobroma;

Echinops, Inula, Centaurea, Corymbium, Jaſione, Impatiens;

Siſyrinchium, Paſſiflora, Ariſtolochia, Helicteres, Arum, Zoſtera;
Zizania, Liquidambar, Clutia.

[Breviſſimus erit factitius, qui ſufficit dignoſcendo generi ab affinibus. *Milium* cor. perſiſtente ab *Agroſtide*. *Rhynchoſpora* ſtylo perſiſtente a *Schoeno*. *Galium* cor. rotata ab *Aſperula*. *Solanum* antheris ſubcoalitis a *Phyſalide* et *Atropa*. Brevior et praeſtantior, qui locum ſingularem in familia notat: e. g. *Lonicera* cor. 1 petala ſuperne irregularis, baſi gibba. Bacca bilocularis polyſperma.]

Character essentialis quo brevior, eo etiam praestantior est.

Facillima plantarum dignotio per characteres eſſentiales acquiritur.

188. FACTITIUS Character (186) Genus ab aliis Generibus, ejusdem tantum ordinis artificialis, diſtinguit.

Factitius Character diſtinguit genera extra ordinem naturalem, ſive pauciores, ſive plures notas characteriſticas aſſumit.

Diagnoſis Characteris Naturalis eſt haec, quod nunquam valeat in ordine naturali genera diſtinguere; Characteres itaque, ſive eſſentiales ſive naturales, quae nequeunt genera in ordine naturali ſufficienter diſtinguere, factitii dicendi ſunt.

Rajus Characterem factitium definit, ſtatuendo *Notas generum characteriſticas non ſine neceſſitate multiplicandas eſſe, nec plures, quam quibus opus eſt, ad genus certo determinandum coacervandas.*

189. NATURALIS Character (186) notas omnes (92-163) genericas poſſibiles (167) allegat; adeoque Eſſentialem (187) et Factitium (188) includit.

Poſſibiles omnes notas adducit character naturalis, exceptis tamen iis, quas ſtructura naturaliſſima (93-97) ſubminiſtrat.

Ego primus hos characteres compoſui, [*Juſſieus* et *Schreberus* optimos dederunt.]

Includit in ſe omnes characteres poſſibiles; inſervit omni ſyſtemati; *Baſin* ſternit novis ſyſtematibus; immutatus perſiſtit, licet infinita genera nova detegerentur.

Corrigitur novis detectis Speciebus tantummodo, excluſione ſcilicet notarum ſuperfluarum. *Gen. pl. praef.* 20.

Praerogativa et *Uſus* Characteris naturalis colligitur ex *Gen. pl. praef.* 18.

190. Character *Factitius* (188) ſuccedaneus eſt; *Eſſentialis* (187) optimus, ſed vix ubique poſſibilis; *Naturalis* difficillime elaboratur; elaboratus autem Baſis (156) eſt omnium ſyſtematum (53), Generum (159) infallibilis Cuſtos, omnique Syſtemati (26-37) poſſibili et vero applicabilis.

FACTITIOS Characteres propoſuerunt illi, qui in methodo artificiali (162) notas adduxere, quibus genera, ſub eodem ordine diſpoſita, diſtingui potuere: ſic Rajus, Tournefortius, Rivinus et ante nos plerique.

ESSENTIALES Characteres ſunt ejusmodi, qui in ordine naturali valent diſtinguere genera maxime affinia una alterave nota; adeoque nequeunt non ejusmodi valere, etiam ubi genera affinia ſegregantur; quales plurimos adduxi in *Syſt. nat. edit. ſexta.*

NATURALIS Character tradit omnes notas characteriſticas poſſibiles, adeoque omnibus methodis inſervit, quamvis innumerae indies detegerentur.

Genera mea Plantarum promunt Characteres naturales, adeoque inſerviunt omnium methodis, et fundamentum praebent et antiquis et novis.

191. *Naturalis Character* (189) ab omni Botanico (7) teneatur, oportet.

Si omnium generum characteres eſſentiales detecti

eſſent, facillima evaderet plantarum cognitio, et multi ſuo damno Characteres naturales floccipenderent; at ſciant, nullum, ſine notitia characteriſtica naturali, evaſurum ſolidum botanicum; novis enim detectis generibus, deſtituto charactere naturali, Botanicus ſemper vacillabit. Qui credit ſe ſapere in Botanicis ex eſſentiali Charactere, neglecto naturali, is itaque fallit et fallitur; cum eſſentialis, novis detectis generibus, nequit non ſaepius fallax evadere. [e. g. *Agroſtidis* character Linnaeanus, detectis *Trichodio* et *Polypogone*: *Crotonis* character, detectis *Stillingia* et *Aleurite*: *Epidendri*, detectis *Limodoro*, *Cymbidio*, *Aëride*, *Dendrobio*, *Lepanthe*.]

Character naturalis generum plantarum fundamentum eſt, quo deſtitutus nullus de genere rite judicavit; adeoque abſolutum fundamentum cognitionis plantarum eſt et erit.

192. Character Naturalis (189) fructificationis notas omnes differentes (98) et ſingulares (105), per ſingulas ſuas ſpecies (157) convenientes (165), recenſebit; diſſentientes (166) vero ſilet.

Eſt opus infiniti laboris, antequam Characteres ſecundum omnes ſpecies fuerint limitati.

Omnes partes fructificationis examinandae, etiam quae viſum eludunt, quamvis Microſcopium adhiberetur (quod tamen rariſſime adhibere neceſſe eſt), quum, ignota fructificatione, nulla de genere certitudo: qui velit *Acarum* farinae vel ſcabiei noſſe, debet utique uti microſcopiis. [Hinc etiam placentatio, cotyledonum forma, quin pollinis figurae nonnunquam adhibendae: exemplum dederunt *Correa de Serra*, *Aubertus Thuareſius* et *Billarderius*.]

Rajus itaque (perperam): *Notae obviae ſint, manifeſtae et cuilibet facile obſervabiles; Nam cum Methodi uſus praecipuus ſit rudes et tirones in Stirpium cognitionem compendio absque taedio et difficultate inducere, non oportet ejus-*

modi notas proponere, quae attentum et ſollicitum requirunt ſpectatorem, cuique ut microſcopium ſecum ferat, neceſſum ſit.

193. Nullus character infallibilis eſt, antequam ſecundum omnes ſuas (139) ſpecies (157) directus eſt.

Botanicus conſummatiſſimus, isque ſolus, optimum conficit Naturalem Characterem; fiet enim conſenſu ſpecierum plurimarum: omnis enim ſpecies excludit notam aliquam ſuperfluam.

Fit character naturalis accuratiſſima deſcriptione fructificationis primae ſpeciei; omnes reliquae ſpecies generis conferantur cum prima, excludendo notas diſſentientes omnes: tandem elaboratus evadat. [Linnaeus nonnunquam e pauculis ſpeciebus enodavit characterem genericum, quem itaque mutare neceſſe fuit, plurimis detectis ſpeciebus et comparatis.

Crataevae character ad ſolam Cr. Tapiam formatus eſſe videtur.

Agroſtidis character e ſola A. pungenti et pauculis aliis ſpeciebus deſumtus. Sic et Orchidearum characteres fere omnes.

Gärtnerus *Peteſiae* carneae characterem praepoſtere genericum facit.]

194. Inflorescentia (163) notam characteriſticam non dabit.

Locus, quem occupat in herba fructificatio, characteriſtica nota non eſt, quamvis aliter viſum *Rajo, Rivino, Heuchero, Knautio, Kramero* aliisque, ſed Peſtis Botanices, adeoque ut damnoſiſſima repudiata a ſummis Botanicis Tournefortio, Vaillantio, aliis.

Modos vide ad Pedunculum §. 82 et 163.

Rajus, Boerhaavius, Riviniani, aliique huic locum admittebant in charactere, ut eo arctius naturae adhaererent, quam amiſere citius. [Haud ſine exceptione haec regula. Gramina ſine reſpectu inflorescentiae in genera dirimi nequeunt: ſic et Amentaceae.]

195. Character nomen genericum in frontiſpicio gerat.

Johrenius in *Hodego* ex Charactere Nomen concludit: e. gr. ſi flos hujusmodi erit, hoc nomen. Non enim argumentamur a Charactere ad Nomen, ſed judicamus Genus ſecundum nomen Genericum, cujus eſſentia comprehenditur Charactere.

196. Unaquaeque Species Fructificationis (86) in Charactere naturali (189) novam ordiatur lineam.

Diſtincte ut omnia tradantur hoc fiet;
inde mox partem quaeſtionis reperio;
inde, ſi quid deficiat, mox obſervo.

197. Nomen partis fructificantis (86) lineam (196) differentibus literis inchoabit.

Differentes literae, ut facilius perſpiciatur character et evidentior evadat; contra autem factum ab anteceſſoribus omnibus.

198. Similitudinis notam (167), niſi dextra manu notiorem, Character (192) nullus aſſumat.

Omnis ſimilitudo claudicat.
Similitudo a nobismet ipſis ſemper praeſens eſt;
ab animalibus non omnibus conſtat;
ab artificialibus admodum mutatur.
[Stella ordinis honorificae legionis in Stigmate peltato *Napoleonae*, *Belviſius*.]
Volſella T. Perianthio Urticae *Chirurgo.*
Mitra polonica T. in Corolla Aconiti *Hiſtoricis.*
Mitra epiſcopalis T. in Capſula Mitellae *Theologis.*
Oſſa hyoidea T. in Filamentis Salviae *Anatomicis.*
Caput viperae T. in Seminibus Anchuſae *Zoologis.*

199. Notas convenientes (192) terminis compendioſe deſcribat character.

Terminos artis noſſe itaque primum tironis erit.
Gen. plant. praef. 25. Explodendi ſunt pompoſi et Eloquentiae floſculi.

Oratorio ſtylo in charactere nil magis abominabile.

Termini artis faciunt, ut paucis ideas noſtras exponamus. [Ex hoc capite damnandi characteres *Salisburyi, Michauxii, Ruizii* et *Pavonii*, ipſius etiam quandoque *Billarderii*. Glandula *eleganter* ciliata *Fraſerae Michaux.*]

LINI *character oratorius* ſit exempli loco.

Extimum floris tegumentum viride, quod ante explicationem includit florem, eſt ad baſin in 5 partes aequales veluti ſectum, ita tamen ut unaquaeque pars ſit longior quam lata, et verſus utramque extremitatem anguſtata, deſinentibus ſummis apicibus in acumen; ceterum hae 5 partes perpendicularem ſitum ſervant, et ratione foliorum floris admodum breves ſunt: nec diffluunt cum florum foliis coloratis, ſed permanent ad fructus maturitatem. Intra haec folia ſunt alia Folia etiam numero quinque, ſed tenera, colorata, etiam oblonga, ſed ſurſum magis magisque dilatata, fere uti infundibulum mechanicorum; ſunt etiam haec longe majora quam exteriora viridia folia. Tum intra haec quinque colorata magna folia floris ſequuntur numero 5 partes filiformes, ſuperne ſenſim attenuatae in mucronem, quae perpendiculares fere ſunt, nec longitudine excedunt extima foliola floris; harum ſummitatibus inſident totidem corpuſcula, ſimplicia, craſſiora, quae ſpargunt farinam, et baſi fiſſa in 2 partes acutas. Hiſce partibus probe perſpectis in centro floris occurrit corpus, quod excreſcit in fructum, et ſub floreſcentia fere globi formam imitatur, cui ſuperimpoſita ſunt 5 fila vegetabilia, quae ubique eandem ſervant craſſitiem, et perpendicularem ferme ſitum habent, eandemque obtinent longitudinem cum 5 partibus filiformibus mox deſcriptis; ſunt autem haec apicibus non capitata aut incraſſata, ſed parum extrorſum flexa; peracta floreſcentia fit Fructus aridus, forma ferme globi, ſed obſolete 5 angulis notatus, et in ſummitate gerit mucronem; hunc fructum ſi tranſverſim diſſeces, videbis eundem interne in 10 concamerationes

diviſum, et cum ſponte dehiſcat, ſe aperire in 5 partes aequales: intra quas 10 latent ſemina figura ferme ovi, ſed longiora, et altera extremitate acuminata, nec non parum compreſſa, ſuperficie quaſi polita et glabra.

Character idem *Lini*, lingua botanicis uſitata, eadem omnia complectens:

CAL. *Perianthium* 5phyllum; *foliolis* erectis, lanceolatis, acutis, parvis, perſiſtentibus.

COR. infundibuliformis, 5petala: *Petalis* cuneiformibus, obtuſis, patulis, magnis.

STAM. *Filamenta* 5, ſubulata, erecta, longitudine calycis. Filamenta 5, alia, alterna, emarcida. *Antherae* ſagittata.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* 5, erecti, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.

PER. *Capſula* ſubgloboſa, ſubpentagona, 5valvis, 10locularis.

SEM. ſolitaria, ovata, planiuſcula, acuminata, glaberrima.

200. TERMINI puri (81-85) eligendi, obſcuri et erronei non admittendi ſunt.

Gen. plant. praef. 26. Dubia potius omittenda, quam dubie defendenda.

Rajus meth. Notae generum tam ſummorum, quam ſubalternorum clarae ſint, diſtinctae et exacte definitae, non obſcurae et indeterminatae, quarum ſignificatio quousque extendatur, incertum eſt.

[Linnaeo]

MASCULUS Flos. *Sterilis* Tourn. *Paleaceus* Raj. *Abortiens* aliis.

APETALUS Tourn. *Imperfectus* Riv. Knaut. Pont. *Stamineus* Raj. *Incompletus* Vaill.

PETALODES Tourn. *Perfectus* Raj. Riv. Kram. Pont.

CALYCULATUS. *Completus* Vaill.

IRREGULARIS Riv. *Difformis* Jung. Knaut. *Anomalus* Tourn.

RINGENS. *Labiatus* Tourn. *Barbatus* Riv. *Perſonatus* Tourn.

MULTIFIDUS. *Laciniatus* Tourn. *Monopetaloides* etc. aliis.

COMPOSITUS Tourn. Riv. *Conglobatus* Pont. *Aggregatus* Kn. *Capitatus* Raj.
PLANIPETALUS Raj. *Semifloſculoſus* Tourn. *Lingulatus* Pont. *Cichoraceus* Vaill.
RADIATUS Tourn. *Stellatus* Moriſ.
DISCUS Tourn. *Umbo* Moriſ.
ANTHERA. *Apex* Raj. Tourn. Riv. *Capſula ſtaminis* Malpigh.
RECEPTACULUM Pont. *Sedes* Raj. *Placenta* Boerh. *Thalamus* Vaill.
AMENTUM Tourn. *Julus*, *Nucamentum*, *Catulus* aliis.
STROBILUS. *Conus* aliis.
DRUPA. *Prunus* aliis. *Fructus mollis oſſiculo* Tourn.
GYMNOSPERMUS fructus. Herm. *Semina nuda* Riv.
ANGIOSPERMUS fructus. Herm. *Semina Pericarpio* tecta Riv.
CLASSIS. *Ordo* Tourn. *Genus ſummum* Raj. Riv.
ORDO. *Sectio* Tourn. *Genus ſubalternum* Raj. Riv.

201. Termini (199) neceſſariis (200) plures excludendi, pauciores augendi ſunt.

Auxit Botanicen Linnaeus plurimis terminis §. 82. 83. 84. 85. 86. e. gr. Involucrum, Spatha, Corolla, Anthera, Pollen, Germen, Stigma, Legumen, Drupa, Cyma, Arillus, Stipula, Scapus, Bractea, Pedunculus, Glandula.

Termini praeſervarunt Anatomiam, Matheſin, Chemiam ab idiotis; Medicinam autem eorum defectus conculcavit.

Uſus eorum eximius eſt in compendioſe loquendo, et rite cogitando, modo non deſtituantur adaequatis definitionibus.

[Male *Michauxius* dicit de Pinckneya: Capſula ovato-digaſtra, valvulis medio ſeptiferis, recept. axili.]

202. Character (192) in omnibus, licet diverſiſſimis Syſtematibus (54-77), immutabilis ſervetur.

Quamdiu ſummi Syſtematici novos introducebant

characteres, novosque conceptus generis, tamdiu barbariei expoſita gemuit Botanices ſcientia tempore *Raji*, *Tournefortii*, *Rivini*, *Boerhaavii*, *Knautii*, aliorum.

Nunc vero pacatis magis rebus, quamquam novae methodi introductae, nulla inde calamitas Botanices; ut patet ex ſcriptis *Gronovii*, *Royeni*, *Wachendorffii*, *Gmelini*, *Guettardi*, *Dalibardi* etc. [Juſſievi characteres generici etiam in Linnaeano ſyſtemate locum obtinent.]

203. Genus (159) unica ſpecie (157) conſtare poteſt, licet plurimis ſaepius componatur.

Unica ſpecie conſtant plurima genera: ſic

Parnaſſia.	*Calligonum.*	*Anacardium*	*Lygeum.*
Tamarindus.	*Diapenſia.*	[*Heuchera.*	*Soldanella.*
Lagoecia.	*Petiveria.*	*Caloden-*	*Dodeca-*
Penthorum.	*Anaſtatica.*	*dron.*	*theon.*
Heliocarpus.	*Nepenthes.*	*Cedrela.*	*Samolus.*
Obolaria.	*Humulus.*	*Aeginetia.*	*Solandra.*
Hura.	*Butomus.*	*Trientalis.*	*Paris.*
Epimedium.	*Coris.*	*Dictamnus.*	*Adoxa.*]
Neurada.			

Plurimis ſpeciebus conſtant alia Genera, Botanicis in ſpecie commendanda.

[*Ixia.*	*Mimoſa.*	*Phaſeolus.*	*Ficus.*
Gladiolus.	*Antirrhinum*	*Gnaphalium.*	*Aloë.*
Orchis.	*Polygala.*	*Salix.*	*Statice.*
Quercus.	*Aſter.*	*Allium.*	*Gentiana.*
Melaſtoma.	*Carex.*	*Erica.*	*Ranunculus.*
Croton.]	*Euphorbia.*	*Solanum.*	*Chenopo-*
Meſembrian-	*Geranium.*	*Potentilla.*	*dium.*
themum.	*Campanula.*	*Linum.*	*Eupatorium.*
Sedum.	*Silene.*	*Hibiſcus.*	*Hedyſarum.*
Convolvulus.	*Caſſia.*	*Aſtragalus.*	*Buphthal-*
Saxifraga.	*Hypericum.*	*Centaurea.*	*mum.*

204. Quod valet de charactere generico, valet etiam de claſſico (160), licet in hoc latius ſumantur omnia.

Generum genus eſt Ordo, ordinum autem genus Claſſis eſt

Valent itaque hic canones dati §. 164. ad 202.

205. Claſſis (160) genere (159) magis arbitraria (162) eſt, utrisque magis Ordo (060).

Claſſis vocabulum in denominatione minus nocet, ſi aberret, quam Generis nomen.

Cave ne ſeducaris ab affinitate Generum cum Claſſibus et Ordinibus, ne ordines naturales ad Genera reducas, immo tandem et Claſſes.

a. *Malva*, *Althaea*, *Lavatera*, *Urena*, *Hibiſcus* ord. 37.

b. *Sedum*, *Sempervivum*, *Cotyledon*, *Craſſula*, *Tillaea* ord. 13.

c. *Cactus*, *Meſembrianthemum*, [*Seſuvium*,] *Aizoon*, *Tetragonia* ord. 13.

d. *Lychnis*, *Agroſtemma*, *Silene*, *Dianthus*, *Saponaria*, *Ceraſtium*, *Spergula*, *Arenaria*, *Möhringia*, *Sagina* ord. 22.

Sic ex Ordinibus *Columniferis*, *Stellatis*, *Umbellatis*, *Siliquoſis*, *Verticillatis* fierent totidem genera, ſed adeo vaſta, ut barbariem inducerent.

Orchideae (ord. 7.) omnes in idem Genus confluerent, et *Scitamina* (ord. 8.) in alterum et hi demum in unum; *ſic primum Caſus Botanices*, et ruina ex proprio generum pondere.

206. Claſſes quo magis naturales, eo, ceteris paribus, praeſtantiores ſunt.

Affines conveniunt habitu, naſcendi modo, proprietatibus, viribus, uſu.

Summorum Botanicorum hodiernus labor in his ſudat, et deſudare decet.

Methodus Naturalis hinc ultimus finis Botanices eſt et erit.

Obicem Methodi naturalis objecere tria praeprimis obſtacula:

a. Neglectus *Habitus* plantarum, poſt excultam doctrinam fructificationis, praeſertim foliationis novae.

b. Defectus *Generum* exterorum, nondum detectorum. [Hinc *Cyatheae* character erroneus apud *Rothium*. Calicium jungit Lichenes et Byſſos, Stilbum fungos et Byſſos.]

c. Affinitas Generum ab utraque parte:

Linnaea media eſt inter Stellatas 47, et Valerianam 48 et Loniceras 48.

Cornus connectit Stellatas 47, Aggregatas 48, Dumoſas 43.

Juncus Calamarias 3, Gramina 4, Caryophylleas 22, ſociat.

Dodecatheon Cortuſam et Cyclamen conciliat.

Hyoſcyamus [*phyſaloides*] *Phyſali* affinis ſit.

Hibiſcus [*Moſcheutos*] *Turnerae* itidem petiolis floriferis aſſociatur; ſine cognitione Petioli fructificantis nemo indagaret Turnerae affinitatem cum Hibiſco.

207. Claſſes et Ordines nimis longae vel plures difficillimae ſunt.

Sexuali Methodo Claſſis *Pentandriae* et *Syngeneſiae* vaſtiſſimae, adeoque in hoc Syſtemate, prae reliquis difficilius, in his diſtinguuntur Genera.

Ordo *Pentandriae Monogynae* ob copiam Generum difficilius diſtinguitur; ut aliorum Methodos intactas relinquam.

Boerhaavius claſſes 33 habet; *Knautius* 8; ideoque prioris ordines erunt plures et breviores; poſterioris autem pauciores, at vaſtiſſimi.

208. Ordo Genera inter ſe magis affinia proxime collocabit.

Raj. Meth. 5. Providendum eſt, ne plantae cognatae ſeparentur, diſſimiles et alienae conſocientur.

Quae difficilius diſtinguuntur, propius collocentur.

Exempli loco ſit Tetrandria monogynia, ubi Ordines Naturales *Stellatae* 47, *Calycanthemae* 17, *Aggregatae* 48; hi naturales ordines, ſi poſſibile, diſtincte in ordine eodem tradendi, nec miſcendi, quamquam aliter fieret facilior diviſio.

recte. 48.	*Protea.*	male.	*Protea* 48.
	[*Hakea.*		*Aſperula* 47.
	Lambertia.		*Ludwigia* 17.
	Embothrium.]		*Sherardia* 47.
	Cephalanthus.		*Oldenlandia* 17.
	Globularia.		*Cephalanthus* 48.

recte 48.	*Dipſacus.*	male.	*Spermacoce* 47.
	Scabioſa.		*Isnarda* 17.
	Knautia.		*Globularia* 48.
47.	*Aſperula.*		*Hedyotis* 47.
	Sherardia.		*Ammannia* 17.
	Spermacoce.		*Dipſacus* 48.
	Hedyotis.		*Knoxia* 47.
	Knoxia.		*Scabioſa* 48.
	Diodia.		*Diodia* 47.
	Crucianella.		*Knautia* 48.
17.	*Ludwigia.*		*Crucianella* 47.
	Oldenlandia.		
	Iſnarda.		
	Ammannia.		

[Nonnunquam quae maxime affinia et ſeparatu difficillima erant, Linnaeus perperam longe ſejunxit: ut *Cytiſum* et *Spartium*, *Atriplicem* et *Chenopodium*. At, quam naturalis ordo requirit, ſeries rejicitur ſaepius ab artificiali. Sic ſeparantur *Waldſteinia* et *Geum*.]

Tournefortiam in Pentandria Monogynia ob Baccas lubenter ſeparaſſem ab Aſperifoliis, niſi repugnaſſet natura.

Quae ſub eodem ordine militant, non debent ſeparari interjectis aliis generibus, quando ita affines ſunt, ut vix limites admittant; Sic

Alſine	et	*Arenaria.*
Primula	et	*Androſace.*
Lyſimachia	et	*Anagallis.*
Lonicera	et	*Diervilla.*
Convolvulus	et	*Ipomoea.*
Chenopodium	et	*Beta.*
Solanum	et	*Capſicum.*
[*Croton*	et	*Stillingia.*]

209. Habitui plantarum (163) adeo adhaerere, ut rite aſſumta Fructificationis principia (164) deponantur, eſt ſtultitiam ſapientiae loco quaerere.

Infloreſcentia ſ. Situs Fructificationis in axilla, racemo: corymbo (unde characteres habituales §. 168.)

168) cauſſavit infinita Genera falſa, praeſertim Knautio, Kramero ſimilibusque. [Hinc taxandus *Adanſonius.*]

Facies plantarum Veterum lapis lydius, Recentiorum coticula; magni ab omni Botanico facienda eſt; ſed et in his modus adſit.

BIDENS (a) *folio non diſſecto Tourn. Fl. ſuec.* 664. gerit fructificationem exacte generis Bidentis, at BIDENS (b) *folio non diſſecto, flore aureis petalis undique radiato. Moriſ.* gerit fructificationem abſolute Coreopſidis; quum *a* careat radio, *b* vero inſtruatur radio ex petalis 8 ſterilibus, erit prior *a* Bidentis, *b* vero Coreopſidis generis. Sed dubium adhuc manet, plantane radiata *b* ſit varietas non-radiatae *a*; quod ſi eſſet, uti veriſimile videtur, non licet has duas plantas ſeparare; nec conſultum ducerem genera Bidentis et Coreopſidis in unum commiſcere, ne limites generum tandem evaneſcant. Heic itaque facies et natura certat cum lege et arte.

Moriſonus (§. 55.) ſecutus naturae filum, implicat filum ariadneum in Gordios ſolo gladio explicandos: ex. gr.

Claſſi 7 *Liliaceis* ſociantur	*Anemone, Dryas, Hydrocotyle.*
5 *Leguminoſis*	*Oxalis, Fragaria, Epimedium.*
9 *Compoſitis*	*Eryngium, Bromelia, Cactus.*
58 *Verticillatis*	*Aſperifoliae omnes.*
11 *Graminibus*	*Plantago.*

Diviſio in *Arbores* et *Herbas* videtur eſſe adeo naturalis ac in ſe fallaciſſima et lubrica (§. 78. 7.).

)TANICA innititur fixis Generibus, cujus ita progreſſus hic fuit.

TOURNEFORTIUS primus characteres genericos ex lege artis condidit.

PLUMIERUS americanas plantas ad genera coëgit.

BOERHAAVIUS nonnulla genera addidit.

PETITUS pauciſſima adjecit.

PARISIENSES Academici *Marchant, Iſnard, Niſſole, Condamine* actis gallorum varia inſeruerunt.
VAILLANTIUS Botanices reformationem incepit.
JUSSIEVI Fratres novis acta pariſina ornarunt.
RUPPIUS et *DILLENIUS*, conjunctiſſimi ſocii, in Germania Botanicen reformare allaborarunt.
DILLENIUS, Anglus factus, plurima pulchra elaboravit.
PONTEDERA in Italia Botanicen expolire tentavit.
MICHELIUS Italicam Botanicam excoluit.
BUXBAUMIUS in Oriente pauca genera legit.
AMMANNUS in Rutheno nonnulla confecit.
HOUSTONUS in americano itinere plurima indagavit, ſed periit.
HALLERUS Helvetiae plantas ſolide examinavit.
GMELINUS Sibiriae plantas, laborioſo itinere, primus ſcrutatus eſt.
MONTIUS rariſſimo genere innotuit.
LINNÆUS examinavit haec omnia genera ad leges artis, characteres reformavit, et tanquam nova condidit.
Gronovius, Royenus, Burmannus Plantas obtulere numeroſiſſimas, rariſſimas.
[*JUSSIEVUS, SCHREBERUS, PALLASIUS, THUNBERGIUS, SMITHIUS, CAVANILLES, GÄRTNERUS, VAHLIUS, WILLDENOWIUS, SCHRADERUS, PERSOONIUS, ACHARIUS, HEDWIGIUS, LAMARKIUS, SWARTZIUS* reformarunt denique ſyſtema Linnaeanum variis partibus.
Oederus, Forſteri, Aubletius, Allionius, Desfontaines, Kitaibelius, Michauxius, Aubertus, Billarderius, Humboldtius, Belviſius, Sonneratius, Commerſonius, Neeus, Roxburghius, Villarſius, Heriterius, Mutiſius, Ruizius et *Pavonius* plantas collegerunt numeroſiſſimas et imperium florae inſignibus augmentis decorarunt.]

TOURNEFORTIANA [recepta].

Acanthus T.
Acer T.
Achillea V. *Ptarmica* T.
Aconitum T.
Actaea L. *Christophoriana* T.
Adiantum T.
Adoxa L. *Moſchatellina* T.
Agrimonia T.

Ajuga L. *Bugula* T.
Alchemilla L. *Alchimilla* T.
Aliſma D. R.
Allium T. H.
Alnus T.
Aloë T.
Alſine T.
[Althaea.]
Alyſſum T.
Amarantus T.
Amaryllis L. *Lilionarciſſus* T.
Ambroſia T.
Ammi T.
Amygdalus T.
Anacardium L. *Acajou* T.
Anacyclus L. *Cotula* T.
Anagallis T.
Anagyris T.
Anchuſa L. *Bugloſſum* T.
Andrachne L. *Telephioides* T.
Androſace T.
Anemone T.
Anethum T.
Anthemis L. *Chamaemelum* T. V.
Anthericum L. *Phalangium* T.
Anthyllis L. *Vulneraria* T.
Antirrhinum T.
Aphyllanthes T.
Apium T.
Apocynum T.
Aquilegia T.
Aralia T.
Arbutus T.
Arctium L. *Lappa* T. V.
Argemone T.
Ariſtolochia T.
Artemiſia T. V.
Arum T.
[Spiraea] L. *Barba caprae* T.
Arundo T.
Aſarum T.
Aſclepias T.
Aſparagus T.
Aſperugo T.
Aſphodelus T.
Aſplenium L. *Lingua cervina* T.
Aſter T. V.
Aſtragalus T.
Aſtrantia T.
Athamanta L. *Meum* T.
Atriplex T.
Atropa L. *Belladonna* T.
Avena T.
Axyris L. *Ceratoides?* T.
Ballota L. *Ballote* T.
Begonia T.
Bellis T. V.
Berberis T.
Beta
Betonica T.
Betula T.
Bidens T.
Bignonia T.
Biſcutella L. *Thlaſpidium* T.
Biſerrula L. *Pelecinus* T.
Borrago T.
Braſſica T.
Bromelia Pl. *Ananas* T.
Brunella T.
Bryonia T.
Bunias L. *Erucago* T.
Bunium L. *Bulbocaſtanum* T.
Buphthalmum T.
Bupleurum T.
Butomus T.
Buxus T.

[Cacalia.]
Cachrys T.
Cactus L. *Melocactus* T.
[Cakile T.]
Calendula Rp. *Caltha* T.
Calligonum L. *Polygonoides* T.
Caltha L. *Populago* T.
Campanula T.
Camphoroſma L. *Camphorata* T.
Canna L. *Cannacorus* T.
Cannabis T.
Capparis T.
Capſicum T.
Cardamine T.
Cardioſpermum L. *Corindum* T.
Carduus T. V.
Carex L. *Cyperoides* T. D.
Carica L. *Papaja* P.

Carlina T. V.
Carpeſium L. *Conyzoides* T.
Carpinus T.
Carthamus T. V.
Carum R. *Carvi* T.
Caſſia T.
Catananche V. *Catanance* T.
Caucalis T.
Celtis T.
Centaurea L. *Jacea* T. V.
Ceraſtium D. *Myosotis* T.
Ceratonia L. *Siliqua* T.
Cerbera L.
Cercis L. *Siliquaſtrum* T.
Cerinthe T.
Chærophyllum T.
Cheiranthus L. *Leucoïum* T.
Chelidonium T.
Chelone T.
Chenopodium T.
Chondrilla T. V.
Chrysanthemum T.
Chryſoſplenium T.
Cicer T.
Cichorium T. V.
Circaea T.
Ciſtus T.
Citrus L. *Citrum* T.
Clematis L. *Clematitis* T.
Cleome L. *Sinapiſtrum* T.
Clinopodium T.
Clitoria D. *Ternatea* T.
Clypeola L. *Jon-Thlaſpi* T.
Cneorum L. *Chamaelea* T.
Cnicus T. V.
Cochlearia T.
Coronopus Rl.
Coix L. *Lacryma Job.* T.
Colchicum T.
Colutea T.
Conium L. *Cicuta* T.
Convallaria L. *Lilium convallium* T.
Convolvulus T.
Conyza T.
Corchorus T.
Coriandrum T.
Coris T.
Cornus T.
Coronilla T.
Corylus T.
Cotyledon T. B. D.
Crambe T.
Crataegus T.
Crithmum T.
Crocus T.
Crotalaria T.
Croton L. *Ricinoïdes* T.
Crucianella L. *Rubeola* T.
Cucubalus T.
Cucumis T.
Cucurbita T.
Cuminum T.
Cunila L. *Marrubiaſtrum* T.
Cupreſſus T.
Cuſcuta T.
Cyclamen T.
Cynara V. *Cinara* T.
Cynogloſſum T.
Cyperus T.
Cypripedium L. *Calceolus* T.
Cytiſus T.

Daphne L. *Thymelaea* T.
Datiſca L. *Cannabina* T.
Datura R. *Stramonium* T.
Daucus T.
Delphinium T.
Dentaria T.
Dianthus L. *Caryophyllus* T.
Dictamnus L. *Fraxinella* T.
Diervilla T.
Digitalis T.
Diospyros L. M. *Guajacana* T.
Dipſacus T.
Dodartia T.
Doronicum T.
Dorycnium T.
Dracocephalum T.
Droſera L. *Rosſolis* T.

Echinophora T.
Echinops L. *Echinopus* T. V.

Echium T.
Elaeagnus T.
Elatine T. *Alſinaſtrum* T. V.
[Elichryſum.]
Empetrum T.
Ephedra T.
Epilobium D. *Chamænerium* T.
Epimedium T.
[Epipactis Sw. *Nidus avis* T.]
Equiſetum T.
Erica T.
Eriophorum L. *Linagroſtis* T.
Ervum T.
Eryngium T.
Eryſimum T.
Erythrina L. *Corallodendron* T.
Erythronium L. *Dens canis* T.
Aeſculus L. *Hippocaſtanum* T.
Evonymus T.
Eupatorium T.
Euphorbia L. *Tithymalus* T.
Euphraſia T.

Fagonia T.
Fagus T.
[Fedia Gärtn. *Valerianella* T.]
Ferula T.
Ficus T.
Fragaria T.
Fraxinus T.
Fritillaria T.
Fucus T.
Fumaria T.

Galega T.
Galium L. *Gallium* T.
Garidella T.
Genipa T.
Gentiana T.
Quis longo aevo recepta vocabula commutaret hodie cum Patrum?

[Aira	veterum	eſt	*Lolium.*
Bromus et Aegilops	—	—	*Avena.*]
Hyacinthus	—	—	*Delphinium;*
Tribulus	—	—	*Fagonia.*
Opulus	—	—	*Humulus.*

Botanici ſeculo XVI. inquirentes veterum vocabula, Botanicen fere peſſumdederunt.

Notiſſima ſint genera A, B. C. D. ſecundum noſtra genera plantarum,

A. *Lithoſpermum.*

B. *Myosotis.*

C. *Alſine.*

D. *Ceraſtium.*

Tournefortius genus B ſub A comprehendit, adeoque nomen B in D transtulit.

Ruppius diſtinxit genera A et B, nomen Myosotis T. revocavit a D ad B, et genus D ſub C reduxit.

Dillenius genus C ab D diſtinxit cum Tournefortio, nec D uniit cum C, uti Ruppius; Genera etiam A et B diſtincta cum Ruppio ſervabat, nec ut Tournefortius haec A B miſcuit: adeoque nomen Myosotis plantae B conceſſit, novum autem (Ceraſtium) D impoſuit.

Tiro, qui antea conjunxit vocabulum Myosotis cum genere D. ex ſententia Tournefortii, nunc vero tenetur idem combinare cum B, ſecundum Ruppium; haeſitat ſemper, utrum hoc cum B et D conjungat.

246. Si Genus receptum, ſecundum jus naturae (162) et artis (164), in plura dirimi debet, tum nomen antea commune manebit vulgatiſſimae et officinali plantae.

Cum genus ſupponatur dividi in tria:

A. Arbor floribus involucratis, umbellatis.

B. Herba floribus involucratis umbellatis.

C. Arbor floribus involucratis cymoſis.

Sic dicenda A. *Cornus*, B. *Meſomora*; C. *Oſſea*, nec licet A dici Meſomoram aut Oſſeam.

247. Nomina generica (229) latinis literis pingenda ſunt.

αι	in	ae	Ἀνδρόσαιμον	*Androſaemum.*
ει	-	e	Ποταμογείτων	*Potamogeton.*
	-	i	Ἀείζωον	*Aizoon.*
η	-	a	Ὀθόννη	*Othonna.*
	-	e	Νηπενθὴς	*Nepenthes.*

[Hinc non *Naemaſpora*, *Thaelephora*, ſed *Nemaſpora*, *Thelephora.*]

ο	-	o	Ὄροβος	*Orobus.*
	-	u	Ὑπήκοον	*Hypecoum* finale.
ου	-	u	Ἄγχουσα	*Anchuſa.*
οι	-	oe	Φοίνιξ	*Phoenix.*
ω	-	o	Σίσων	*Siſon.*
ϑ	-	th	Βούφθαλμον	*Buphthalmum.*
φ	-	ph	Φιλάδελφος	*Philadelphus.*
χ	-	ch	Χαιρέφυλλον	*Chaerophyllum.*
κ	-	c	Ὤκιμον	*Ocimum.*
γχ	-	nch	Ἄγχουσα	*Anchuſa.*
γγ	-	ng	Ηρύγγιον	*Eryngium.*
ρρ	-	rrh	Αντίῤῥινον	*Antirrhinum.*

[Nec tamen omittenda, quae neceſſaria ſunt ad etymologiam: ut *Auberti Schiſolaena* l. *Schizochlaena*; *Billarderii Proſtanthera* l. *Proſthecanthera.*]

248. Terminatio et ſonus nominum genericorum, quantum fieri poteſt, facilia reddenda ſunt.

Inſuetae terminationes.	Aequivoca.	
in e *Ballote.*	*Alpina* Pl.	Alpinia.
- i *Sinapi.*	*Phyllum*	Phyllis.
Seſeli.	*Meum* T.	Athamanta.
Thlaſpi.		

in ois *Hedypnois.*	Perverſa.
- t *Tetrahit.*	*Anthoceros* M. Ceranthus.
- n *Triglochin.*	*Caraxeron* V.

249. Nomina generica ſesquipedalia, enunciatu difficilia vel nauſeabunda, fugienda ſunt.

\- - - - - - - *Sesquipedalia verba*
Vel nocitura ſono, guttur laeſura loquentis.

Sesquipedalia mihi, quae plures quam duodecim literas admiſere:

17. *Kalophyllodendron* V.	Calophyllum.
18. *Titanoceratophyton* B.	Iſis.
19. *Leuconarciſſolirion*	Galanthus.
21. *Coriotragematodendros* Plk.	Myrica.
22. *Hypophyllocarpodendron* B.	Protea.

Difficilia ex pluribus conſonantibus conjunctis.

Acrochordodendros Pl.	Cephalanthus.
Stachyarpogophora V.	Achyranthes.
Orbitochortus Kn.	Fagonia.

Nauſeoſa, quae neſcio quid inſueti produnt.

Caraxeron V.	Gomphrena.
Galeobdolon D.	Leonurus.
Myrobatindum V.	Morinda.

250. Terminis artis (199), loco nominum genericorum abuti, inconſultum eſt.

Latina.		Graeca.
Tuberoſa H.	Polianthes.	*Polyanthes* Pt.
Graminifolia R.	Subularia.	*Phyllon.*
Spica Hk.	Lavandula.	*Hexapetala* Pk.
Siliqua T.	Ceratonia.	
Nux T.	Juglans.	
Odorata R.	Scandix.	

251. Nominum Classium (160) et Ordinum (161), cum genericis par eſt ratio (204).

Leges Generis datas ſubeunt nomina Claſſium.
Propria: §. 213. 214. 217.
Verbo *unico:* 215. 221.
eodem: 216.
non *primitivo:* 220.
non *hybrido:* 223. 224. 225. 226. 227.
non *barbara:* 229.
non *aequivoco:* 230. 231.
non *contrario:* 232.
non a *viris:* 236.
non *ſesquipedalia:* 249.
non *difficilia:* 248.

Caeſalpinus definitiones loco nominum claſſium uſurpavit.

Tourneſortius, Rivinus et anteceſſores nonnulla vocabula ſaepius admittebant.

52. Nomina Claſſium et Ordinum e *Viribus, Radice, Herba* et *Habitu* petita, mala ſunt.

Syſtematica vocabula debent eſſe eſſentialia ex fructificatione deſumta.

Fragmenta methodi Naturalis ab accidentalibus nomina deſumſere, utpote vicaria, quum abſoluto ſyſtemate, neceſſe ſit, mutentur omnia ex lege futurae diviſionis ſyſtematis.

Plantis dubii generis impoſuit Linnaeus ſemper erronea nomina, in *Oides* vel aliter diminutiva, quum planta deberet in Catalogo numerari, neque adhuc conſtaret de fructificatione; adeoque impoſſibile erat etiamnum verum nomen: ſic lectores a ſolo erroneo vocabulo moniti, eum de genere incertum eſſe, inquirerent attentius in fructificationem.

Viribus.	Radice.	Foliis.	Habitu.
ordialis	*Bulboſae*	*Aſperifoliae*	*Verticillatae.*
apillaris	*Tuberoſae*	*Succulentae*	*Stellatae.*
	Fibroſae.		*Dorſiferae.*
	Arbores.		
	Frutices.		

253. Nomina Claſſium et Ordinum notam eſſentialem (187) et *Characteriſticam* (189) includant.

Ratio: quum Methodi plurimae, mutabiles, modernae:
quum nomina ſint onera artis inevitabilia:
quum parata et promta omni momento debeant eſſe nomina.

Recte:	Bene:	Male:
Calyciflorae.	*Siliquoſae.*	*Diſcoideae.*
Papilionaceae T.	*Leguminoſae.*	*Corymbiferae.*
Cruciformes T.	*Multiſiliquae.*	
Difformes.		
Syngeniſtae.		

254. Nomina Claſſium et Ordinum, a *plantae* cujusdam nomine deſumta, ſub quo totam cohortem intellexere veteres, in genere excluſa, claſſibus naturalibus tantum inſerenda.

Palma	1.	*Cucurbitaceae*	34.
Filix	55.	*Caryophylleae*	22.
Muſcus	56.	*Piperitae*	2.
Alga	58.	[*Campanaceae*	29.
Fungus	61.	*Hederaceae*	46.
Gramen	4.	*Lichenes*	59.]
Rhoeas	27.		
Corydalis	24.		
Calamus	3.		
Orchis	7.		

Inſerenda Claſſibus et Ordinibus naturalibus tantum ſunt ejusmodi plantarum vocabula, alias nunquam; alioquin, ut novae Methodi non ceſſant, ita nec ceſſarent Botanici plantarum nomina generica excludere, claſſibusque artificialibus inſerere; hoc autem minus metuendum in Naturali, quae unica eſt et erit.

255. Nomina claſſium et ordinum *unico* (215) vocabulo conſtabunt.

Radiati T. *Compoſiti ex irregularibus in ambitu, et regularibus in medio.* Riv.

Flore perfecto ſimplici, ſeminibus nudis ſolitariis, ſeu ad ſingulos flores ſingulis. Raj.

Pulchra ex uno vocabulo:

Campaniformes	*Monopetali*	*Monandria.*
Infundibuliformes	*Dipetali*	*Diandria.*
Perſonati	*Tripetali*	*Triandria.*
Labiati	*Tetrapetali*	*Tetrandria.*
Cruciformes	*Pentapetali* etc.	*Pentandria* etc.
Roſacei etc.		

Cavendum ne nimis longa, nimisque compoſita evadant haec vocabula.

VIII. DIFFERENTIAE.

256. Perfecte nominata eſt planta nomine *generico* et *ſpecifico* (212) inſtructa.

Botanices Tiro novit Claſſes, *Candidatus* omnia Genera, *Magiſter* plurimas ſpecies.

Quo plures Botanicus noverit ſpecies, eo etiam praeſtantior eſt.

Cognitione ſpecierum innititur omnis ſolida eruditio Phyſica, Oeconomica, Medica; immo omnis vera cognitio humana.

Speciei notitia conſiſtit in nota eſſentiali, qua ſola ab omnibus congeneribus diſtinguitur.

Sine notitia Generis nulla certitudo ſpeciei.

Caeſalpinus: Ignorato genere nulla deſcriptio, quamvis adcurate tradita, certum demonſtrat, ſed plerumque fallit.

Differentia ſpecifica continet notas, quibus ſpecies a congeneribus differt.

Nomen ſpecificum autem continet Differentiae notas eſſentiales.

Notae in nomine ſpecifico ſint
non *lubricae, incertae* aut *falſae* §. 259-274. 281. 283.
ſed *firmae, certae, mechanicae* §. 275-280. 257. 287.
quae *caute, caſte, judicioſe* §. 284-305.

257. Nomen ſpecificum *legitimum* plantam ab *omnibus* congeneribus (159) diſtinguat: *Triviale* autem nomen legibus etiamnum caret.

Fundamentum eſt hic canon nominum ſpecificorum, quo neglecto, lubrica erunt omnia.

Nomina ſpecifica omnia, quae plantam a congeneribus non diſtinguunt, falſa ſunt.

Nomina ſpecifica omnia, quae plantam ab aliis, quam congeneribus diſtinguunt, falſa ſunt.

Nomen ſpecificum eſt itaque Differentia eſſentialis.

NOMINA TRIVIALIA forte admitti poſſunt modo, quo in *Pane ſuecico* uſus eſt Linnaeus: conſtarent haec

Vocabulo unico;

Vocabulo libere undequaque deſumto.

Ratione hac praecipue perſuademur, quod differentia ſaepe longa evadat, ut non ubique commode uſurpetur, et dein mutationi obnoxia, novis detectis ſpeciebus, eſt. e. gr.

Pyrola *irregula.*	Pyrola ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato. *Fl. ſuec.* 330.
Pyrola *Halleriana.*	Pyrola floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillisque rectis. *Fl. ſuec.* 331.
Pyrola *ſecunda.*	Pyrola racemis unilateralibus. *Fl. ſuec.* 332.
Pyrola *umbellata.*	Pyrola floribus umbellatis. *Fl. ſuec.* 333.
Pyrola *uniflora.*	Pyrola ſcapo unifloro. *Fl. ſuec.* 334.

Sed nomina Trivialia in hoc opere ſeponimus, de differentia unice ſolliciti.

Leges nominum trivialium, quas uſus ſancivit et ratio dictat, colligere hic experiar.

Sumantur autem ea nomina a nota ſpeciei characteriſtica, quae ab omnibus congeneribus optime diſtinguit, quaeque habitum complectitur. Hinc

1. magnitudo in cenſum venit. *Helianthus giganteus. Baeomyces uncialis. Betula pumila, nana. Filago pygmaea. Ononis minutiſſima. Parmelia exigua.*

Partis cujusdam magnitudo ſaepe ſubintelligitur, neque, niſi graecis verbis partis nomen exprimitur. *Androſace maxima*, ob perianthium maximum. Sed *micranthus, microphyllus, macrocephalus, macrophyllus, macrorrhiza, micropus, macropus, microſtemon, macroſtemon* optime dici poſſunt. Erronea eſt Juſticia *longiſtaminea* Ruiz. et Pav. l. *macroſtemon*.

Inter congeneres magnitudine excellere ea ſpecies nonnunquam videtur, ſeducit nihilominus interdum nomen triviale. *Aſter macrophyllus* folia non majora habet A. *cordifolio*.

2. Adſpectus plantae, qualis primo apparet intuitu. *Formoſus, venuſtus, ſpecioſus, ſpectabilis, elegans, amoenus, jucundus, laetus, floridus, floribundus: inamoenus, inconſpicuus; teter, horridus: mirabilis.*

Comparatur ſaepe adſpectus cum aliis vel congeneribus vel aliorum generum ſpeciebus.

a. Adfixum *oides* eam ſimilitudinem exprimit. *Centaurea cyanoides. Erica droſeroides.*

Cavendum tamen, ne latinis adjectivis eae ſyllabae adfigantur. *Carex vulpinoidea* Michaux. falſa eſt, ut et *Populus tremuloides* Ej. *Hypnum riparioides* Hedw. *Lithophila muſcoides* Juſſ.

b. Nonnunquam *formis* adfigitur, ubi latinum nomen eſt: *Trichia rubiformis, Parmelia fuciformis, Tubulina fragiformis.*

c. Interdum et praefixum *Pſeudo* - hanc ſimilitudinem notat. *Robinia Pſeudacacia. Ajuga*

Pſeudochamaepitys. Neque id praefixum ante latinum nomen ponatur: *Quercus Pſeudo-Suber* et *Pſeudo-coccifera* minus bene dicuntur.

d. Nonnunquam adjectivum *ineus* formatur. *Arctotis plantaginea*; aut *aceus*: *Carex miliacea*.

e. Tandem et genitivus ſimilis plantae eam adfinitatem ſignat. *Begonia Urticae*, *Gratiola Anagallidis*, *Salvia Sideritidis*.

f. Vel etiam nominativus ipſe apponitur. *Veronica Teucrium*. *Veronica Anagallis*. *Satureia Thymbra*.

g. Dum inter duas ſpecies tertia quaſi media eſt: ſit *media*, *intermedia*, *hybrida*, *adfinis*.

3. Locus natalis, ſeu patria. Notandum autem, quod prima regio, in qua inventa fuit planta, ponatur, nullo reſpectu ad alias habito, ubi poſtea obſervatur. *Iris ſibirica* in pratis noſtris: *Braſſica orientalis* in vineis Mansfeldenſibus: *Erigeron canadenſe* in agris noſtris: *Rumex maritimus* et *Scirpus maritimus* in foſſis noſtris creſcunt.

4. Solum natale transit in nomen triviale. *Rumex aquaticus*: *Juncus ſylvaticus*: *Lathyrus ſylveſtris*: *Senecio nemorenſis*: *Melampyrum nemoroſum*, *pratenſe*: *Hieracium paludoſum*: *Meeſia uliginoſa*: *Montia fontana*: *Cnicus rivularis*: *Ranunculus fluviatilis*: *Atriplex litoralis*: *Lathyrus paluſtris*: *Arnica montana* (in paludibus noſtratibus): *Poa alpina*: *Aſtragalus arenarius*, *ammophilus*: *Ranunculus ſalſuginoſus*: *Senecio rupeſtris*: *Parmelia ſaxatilis*: *Draba muralis*: *Parmelia parietina*: *Agaricus caudicinus*: *Sphaeria entomorrhiza*.

5. A tempore florendi in patria. *Carex praecox*. *Crocus vernus*. *Leucoium aeſtivum*. *Colchicum autumnale*. *Helleborus hyemalis*. *Poa ſerotina*. *Aſter tardiflorus*.

6. A colore partium praecipuarum. *Erica igneſcens. Agaricus albus. Aſter puniceus. Parmelia caeſia.*

7. Ab odore praedominante. *Orobanche caryophyllea. Orchis odoratiſſima. Coprosma foetidiſſimum. Ononis hircina.*

8. A ſapore ſingularum partium. *Aſtragalus glycyphyllos. Agaricus ſubdulcis, aromaticus.*

9. A vi et uſu. *Boletus edulis. Valeriana officinalis. Echites ſcholaris. Fontinalis antipyretica. Antidesma alexiteria. Aſperula tinctoria.*

10. A vitae mora. *Iva annua. Scleranthus perennis. Artemiſia arboreſcens. Calendula ſuffruticoſa.*

11. A pube, foliis, radice, fulcris, inflorescentia, flore, calyce, fructu et ſeminibus, quae notas ſpeciei characteriſticas praebent. Haec breviter exprimantur, voce vel graeca, vel latina, ſecundum regulas grammaticas formata. *Populus grandidentata* Michaux. male dicitur. Minus bene: *Heliotropium ſynzyſtachyon* l. *diſtachyon* Ruiz. et Pav. *Solanum biformifolium* l. *heterophyllum* aut *difforme*, aut *dimorphum*, *Calceolaria ternifolia* Cav. l. *ternata*. *Fuchſia ſimplicicaulis* ff. peruv. pro F. *ſimplex*.

12. A frequentia in patria. *Linum uſitatiſſimum. Echium vulgare. Gladiolus communis. Poa trivialis.*

13. Ab inventore, aut qui eam optime deſcripſit. *Sinapis Allionii, Carex Buxbaumii. Malaxis Löſelii, Salix Ludwigiana, Euphorbia Gerardiana, Erica Archeria, Nivenia; Gymnoſtomum Hedwigia.*

Regulae generales.

1. Nomen triviale ſit ſuccinctum et claram ideam notae habitualis aut eſſentialis ſubminiſtret. Hinc, ſi graecum, ſit bene formatum, nec obſcuro clarum latinum cedat.

Baeomyces ſparaſſus male pro *ſparagmódes* aut *eſparagmenus*, ſed cur haec non obvia? Melius fuiſſet B. *lacer*. *Parmelia cycloſelis* ambitum quidem circinnatum exprimit, ſed cur non *orbicularis* aut *circinnata*?

2. Nomen triviale, ſi fieri poteſt, ab omnibus congeneribus diſtinguat: hinc notae non ſubſiſtendum, aliis communi. *Utricularia aphylla* fl. peruv. falſa, cum plurimae ſpecies aphyllae ſint. *Fucus longiſſimus* Gmel. et Wulff. minus apte dicitur pro F. *confervoide*.

3. Nomen triviale, quod primus inventor aut deſcriptor impoſuit, niſi omnia repugnent, retineatur, licet minus aptum fuerit. Memoriae enim ſuccurrendum in ampliſſima ſynonymorum caterva. *Conferva*, quam primus Müllerus *deciminam* dixerat, fl. dan. nominat *jugalem*, Roth. *ſcalarem*, Hedw. *bulloſam*, Dillw. *nitidam*; ſed retineatur priſtina *decimina*. — *Carex* vero *montana* aboleatur, quum a Linnaeo ipſo ad binas ſpecies, C. *collinam* Willd. et *piluliferam* Willd. traducta fuerit: quumque inſuper C. *montana* Leers. ſit C. *ciliata* et C. *montana* Lightf. *praecox* Good. Temere *Saliſburius* pleraque Ericarum nomina mutavit.

4. Antiqua et barbara ipſa nomina toleranda ſunt, ut trivialia, niſi nimis barbara ſint. *Corylus Avellana*. *Polygonum Biſtorta*. *Merulius Cantharellus*. *Camellia Saſanqua*. *Centaurea Crupina*. *Flacourtia Ramontchi*, *Robinia Chamlagu* fere nimis barbara.

5. Nomina trivialia plerumque adjectiva ſequi debent ſexum nominum genericorum. Hinc *Croton argenteus*, *glanduloſus*, non *argenteum*, *glanduloſum*: eſt enim maſculinum. *Rhus typhinus* et *typhina*, non *typhinum*; *Tragopogon*, *Arnopogon*, *Polypogon*, *Geropogon*, *Aegopogon*, *Tetrapogon* maſculina, ut et *Potamogeton*, *Aponogeton*, *Hydrogeton*, *Melaſtoma* neutrum.

6. Ubi ſubſtantivum eſt nomen triviale, litera initialis majuſcula ſit. *Croton Inophyllum*. *Cymbi-*

dium Corallorrhiza. Eryſimum Alliaria. Ilex Aquifolium.
7. Unica ſit vox, nec ſesquipedalis. *Thlaſpi Burſa* non *Burſa paſtoris. Rhinanthus Criſta galli. Hedyſarum Caput galli. Protea Lepidocarpodendron Linn.*
8. Confuſio vitetur cum aliis. *Epilobium anguſtifolium* et *anguſtiſſimum. Ciſtus canus* et *incanus.*
9. Ne hybridum ſit nomen triviale. *Myosotis ſpinocarpos* Forsk.
10. Recte ad etymologiam ſcribatur. Carex *amblyocarpa* non *ambleocarpa, Heleonaſtes* non *Helenoſtes.*]

258. Nomen ſpecificum primo intuitu plantam ſuam manifeſtabit, cum differentiam (257) *ipſi plantae inſcriptam* contineat.

Trivialia erant anteceſſorum et maxime trivialia erant antiquiſſimorum Botanicorum nomina.

Character Naturalis ſpeciei eſt *Deſcriptio; Character* vero *Eſſentialis* ſpeciei eſt *Differentia.*

Primus incepit Linnaeus nomina ſpecifica eſſentialia condere, ante eum nulla differentia digna exſtitit.

Agnovere hanc Methodum Botanici recentiores acutiſſimi *Royenus, Gronovius, Guettardus, Dalibardus* in omnibus, *Hallerus, Gmelinus, Burmannus* in plerisque.

Nomina ſpecifica Linnaei e Deſcriptione extraxere Differentias; ex Differentiis ſelectiſſimum inveſtigarunt characterem eſſentialem, quo conſtant.

Excludendae itaque ſunt in nomine ſpecifico notae omnes accidentales, in planta ipſa non exiſtentes, aut non palpabiles, ex. gr. *Locus, Tempus, Duratio, Uſus.*

Erronea Nomina Specifica ſunt omnia ab idearum ordine, aut hypotheſi deſumta.

Ordines idearum.	*Hypotheſis.*
Tinus *prior.*	Hyoscyamus *peculiaris.*
- - *alter.*	Meum *ſpurium.*
- - *tertius.*	Acorus *verus.*
	Campanula *pulchra.*

259. Nomen ſpecificum a partibus plantarum *non variantibus* deſumi debet.

Varietates eſſe diſtinctas ſpecies, nullus ſanus facile dixerit in
Regno Animali:
Vaccas albas, nigras, rubras, cinereas, variegatas.
Vaccas parvas et *magnas, macras* et *pingues, laeves* et *piloſas,* nullus dixit totidem diverſas eſſe ſpecies.
Canes meliteos, fricatrices, maſtivos, grajos, lanatos etc. eſſe ejusdem ſpeciei docuere Verrucae, Vortices, Suturae.

Species ex varietatibus apud anteceſſores multiplicarunt
Metus confundendi diverſas;
Defectus Differentiarum eſſentialium;
Ignorantia continuatae generationis ſpecierum; §. 79. 132.
Cognitio obſcura ſpeciei;
Anthophilorum rabies contagioſa;
Subtilitatis ſtudium etc.

Variantes maxime ſunt et raro conſtantes, *Color, Odor, Sapor, Hirſuties, Criſpatio, Impletio, Monſtroſitas.*

Patroni varietatum, qui varietates in Specierum numerum adoptarunt, fuere ante Linnaeum praecipue recentiſſimi: *Barrelier, Tourneſortius, Boerhaavius, Pontedera, Michelius.*

[Vitio verterunt Linnaeo poſt *Adanſonium* plures quod varietates nimis neglexerit. (Adanſ. famill. des plant. p. CXV. CLXIX.) Id ſine dubio verum eſt: ex g.

Mediago polymorpha L. *Stellaria graminea* et innumerae aliae. Varietatum inveſtigatio promovet ſcientiam et tironibus perquam neceſſaria eſt.]

Conſpurcavit magis Botanicen varietatum introductio, quam alia res ulla; confundebat haec ita ſynonymiſtas, ut, niſi brevi medela, actum fuiſſet de ſcientia.

Erroneae differentiae ſunt, quae varietates loco ſpeciei tradunt:

TRIFOLIUM capitulis ſubrotundis, floſculis pedunculatis, leguminibus tetraſpermis, caule procumbente. *Hort. cliff.* 375.

Trifolium pratenſe album. *Bauh. pin.* 327.

1. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba et ſagittata macula notatis, ſiliquis tetraſpermis. *Mich. gen.* 26.

2. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba et ſagittata macula notatis, corymbis florum magis ſparſis, pediculis longiſſimis inſidentibus, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 26. t. 25. f. 1.

3. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba ſagittata et in acutum longius producta macula notatis, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 26. t. 25. f. 4.

4. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, foliis oblongis obtuſioribus macula albicante ſuperna parte pyramidata, inferna cordis inſtar pulcre excavata, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 26.

5. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, folio ſubrotundo alba ſemilunata et in dorſo nonnihil excavata macula notato, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 26.

6. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, folio cordato, alba macula ejusdem formae inſignito, ſiliqua tetraſperma.* Mich. gen. 26.

7. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, folio obtuſo duabus maculis albis inſignito, quarum ſuperior minor triangularis, inferior major cordata, ſiliqua tetraſperma.* Mich. gen. 27.

In imperfectioribus tamen et magnitudo in cenſum venit. *Peziza inquinans*, gregaria magna: *P. dentata*, minutiſſima.]

261. Notae *collatitiae* cum aliis ſpeciebus *diverſi generis*, falſae ſunt.

Praeſuppoſuerunt anteceſſores apud Tironem empiricam cognitionem pleramnque plantarum Europaearum, tanquam ex ideis innatis, adeoque in arte doctis ſcripſere, nos autem indoctos docere tantum ſtudemus.

Lege artis mutuo noſcatur planta ex nomine et nomen ex planta; utrumque ex proprio charactere; in illo ſcripto, in hac delineato; Tertius non admittatur.

Nomina praeſupponentia alias plantas deduxere tandem homines in *vertiginem*.

Erronea Nom. Spec. proclamamus ea, quae ſimilitudinem alterius plantae ex *Herba*, *Fructificatione*, *Habitu*, graece aut *latine* gerunt.

a Foliis

Jacobaea	*per Vertiginem.*
Betonicae folio.	Jacobaea *Hieracii* folio.
Glaſti folio.	Hieracium *Blattariae* folio.
Chryſanthemi folio.	Blattaria *Verbaſci* folio.
Roſmarini folio.	Verbaſcum *Conyzae* folio.
Abſinthii folio.	Conyza *Salviae* folio.
Hieracii folio.	Salvia *Hormini* folio.
Hormini folio.	Horminum *Betonicae* folio.
Sonchi folio.	Betonica *Scrophulariae* folio.
Dentis leonis folio.	Scrophularia *Meliſſae* folio.
Helenii folio.	Meliſſa *Plantaginis* folio.
Limonii folio.	Coronopus *Senecionis* folio.
Senecionis folio.	Senecio *Jacobaeae* folio.

[*Ilex Dahoon*, foliis laurinis Michaux.]

ab imaginatione.

Clinopodium *Origani* facie.	*per Graeciſmum.*
Ocymi facie.	Acer *Platanoides*.
Adonis *Buphthalmi* flore.	Braſſica *Aſparagoides*.

Cirſium

Cirſium *Hellebori nigr.* rad. Carduus *Centauroides.*
Adonis *Helleboroides.*
Vicia *Lathyroides.*
Pſeudo-Helleborus *Ranunculoides.*

262. Notae *collatitiae* cum aliis ſpeciebus *ejusdem generis* malae ſunt.

Nomen ſpecificum, niſi praeſentibus omnibus congeneribus, ſolide non fabricatur, quum contineat notam, in congenerum nulla exiſtentem;
Magiſtri eſt condere nomen, Tironis ex eo noſſe plantam.
Tiro nequit colligere ſpecies, ſed noſſe debet unam poſt alteram, quum ſimul nec naſcantur, nec exiſtant individui comites.
Erronea Nom. Specif. ſunt, quae praeſupponunt alteram ſpeciem notam.
Orchis flore *candidiſſimo* T.
Campanula *anguſtifolia, magno* flore, *minor* T.
Campanula, flore *minore, ramoſior* Moriſ.
[Male: *Verbaſcum Claytoni*, ſpica blattarina Michaux.
Hibiſcus grandiflorus, corolla omnium ampliſſima Id.
Sed notae magnitudinis, collatitiae cum aliis partibus ejusdem plantae, probandae.
Carex pilulifera, fructibus ſquama brevioribus: C. *collina*, fructibus ſquamam aequantibus: C. *ciliata*, fructibus ſquamam excedentibus.]

263. *Inventoris* vel alius cujuscunque *nomen* in Differentia non adhibeatur.

Plantarum manus ſunt nomina: Dextra Genericum; Siniſtra Specificum; manus plantarum oculatae ſunt, credunt ea ſolum, quae vident; has porrigat Botanico Planta, ſi fides habenda rebus.

Nota ſic planta promit Scientia omnia occulta: Hiſtorica, Synonyma, reliqua.

Erronea Nom. Specif. a viris dicta eſſe omnia ſtatuimus, ſive ea ab *Inventore*, ſeu a *Deſcriptore*, ſeu ab *Hiſtoria*, ſive in *Memoriam* efficta ſunt.

ab Inventore.
Trifolium *gaſtonium* Moriſ.

a Deſcriptore.
Gramen cyperoides [C. Bauhini] Lob.
Conyza tertia *Dioſcoridis* C. B.
Conyza media *Matthioli* I. B.
Narciſſus *Tradeſcantii* Rudb.

ab Hiſtoria.
Sideritis *Valerandi* *Dourez.* I. B.
Campanula a *Toſſano Carolo* miſſa I. B.
Mimoſa a Domino *Hermann*, excellentiſſimi Domini *Syen*. Breyn.

in Memoriam.
Chamaepithys flore plusquam eleganti, ſ. *Plusqueneti.* Pluk.
Eriocephalus *Bruniades* Pluk.
Amanita *Divi Georgii* Dill.

264. *Locus* natalis ſpecies diſtinctas non tradit.

[Has leges §. 246-282. primus ſtatuit, egregiisque exemplis illuſtravit *Jungius* iſag. phytoſc. c. 2.]

Locum non debere nomen ſpecificum intrare, multae rationes ſuadent.

1. Nullus facile adiret Japoniam, Caput Bonae Spei, Peruviam, ut noſcat plantam.
2. mutatur ſaepius locus. *Alpinae* plantae omnes ſummeque montanae, extra alpes paludoſae evadunt.
3. non unicus eſt locus ejusdem ſpeciei: Lapponia, Sibiria, Canada, Aſia, America easdem ſaepius alit.
4. Hortus Paradiſiacus coercet ſaepe ex toto orbe plantas.
5. Quis plantam ſibi porrectam absque loco non ſtuderet dignoſcere?
6. Botanicis in Herbario, Medicis in Pharmacopolio arridet noſſe ſpecies.

7. Reſpectivus eſt locus ad nos, noſtramque cognitionem in Europa.

Planta ſine loco concipi nequit; accidentalis tamen eſt, licet proximus; mutabilis vero maxime, hinc nequit nomen ſpecificum intrare.

Erronea Nom. Specific. a Loco deſumta ſtatuimus omnia eſſe, ſive ea a *Solo*, ſive a *Regione*, ſive a *Frequentia* deſumta ſint.

a Solo.		*a Regione.*	
Mentha	*arvenſis*	Sagittaria	*Europaea.*
	aquatica	Acroſtichum	*Septentrionalium.*
Vicia	*ſepium*		
	dumetorum	Calceol. mar.	*Lapponum* Rd.
Glaux	*maritima*		
Sedum	*rupeſtre*	Pentaphylloides	*Suecicum* Pluk.
		Bugula	*Suecica* Mor.
		Acetoſa	*Moſcovitica* Mor.
		Cochlearia	*Danica* C. B.
		Cochlearia	*Batavica* Hr
		Cochlearia	*Britannica* Dod.
		Cochlearia	*Anglica.*
		Cytiſus	*Germanicus*
		Pulmonaria	*Gallica.*
		Tamariſcus	*Narbonenſis*
		Iris	*Florentina.*
		Salicornia	*Cretica.*
		Aſter	*Atticus.*
		Ranunculus	*Turcicus.*
a Frequentia.		Iris	*Chalcedonica*
Oenanthe *rara* R.		Iris	*Damaſcena.*
Clematis *peregrina* C. B.		Lilium	*Perſicum.*
Valeriana *hortenſis.*		Stoechas	*Arabica.*
Scabioſa *communior* J. B.		Fritillaria	*Capitis Bonae Spei.*
Hydrocotyle *vulgaris.*		Virga aurea	*Novae Angliae.*
Muſcus *vulgatiſſimus.*		Virga aurea	*Marilandica.*
		Filix	*Braſilienſis.*

[In imperfectioribus tamen et locus natalis acci- piendus. *Aecidium* nuper *Albertinus* et *Schweinitius* diremerunt egregie in *frondicolas* et *acicolas* ſpecies. *Peziza epiphylla*, *Thelephora caryophyllea* terreſtris: *Onygena* equina et corvina.]

265. *Tempus* florendi vegetandique maxime fallax eſt differentia.

Tempus eſt accidentale plantae, nec in planta exiſtens, ſed potius planta in tempore; mutationi obnoxia ſunt tempora plantarum, nec partes earum conſtituentes.

Plukenetius cum coaetaneis introduxere ex Indiis vaſtiſſimam plantarum meſſem, nec ſpecie definitam; neſcio itaque, majori Botanices emolumento, an onere majori. Deſtruenda eſt domus fundamento infido inaedificata, reaedificanda ſolida; quidquid e veteri inſervit, aſſumenda, rejicienda vero reliqua, licet opus tarde faſtigium adtingeret; Sic etiam in nominibus ſpecificis, ut tandem firmo ſtet talo Scientia.

[Tempus florendi comparatum cum foliatione nuper *Willdenowius* bene adhibuit ad dirimendum *Salicis* genus ampliſſimum et δυσδιαίρετον. Amenta enim ſunt vel praecocia, vel coaetanea vel ſerotina.]

Erronea Nom. Specif. a *Tempore* deſumta judico, ſive ea ab *Anno*, ſ. a *Menſe*; ſ. ab *Hora* deſumta ſunt.

ab Anno.
Tulipa *praecox.*
Tulipa *ſerotina.*
Crocus *vernus.*
Geranium *aeſtivale.*
Crocus *antumnalis.*
Aconitum *hyemale.*

a Menſe.
Roſa *omnium calendarum.*
Viola *Martia.*
Roſa *Majalis.*
Boletus *Julii menſis* D.
Boletus *Auguſti menſis* D.

ab Horis.
Lychnis *Noctiflora.*
Althaea *Horaria.*

266. *Color* in eadem ſpecie mire ludit, hinc in differentia nil valet.

Coloris inconſtantia in animalibus domeſticis praecipue elucet.

Colore in floribus nihil inconſtantius eſt; *Rubri et Coerulei* flores inter omnes facillime et ſaepiſſime in *album* transeunt. §. 313.

Flores *Mirabilis et Dianthi barbati* in eadem planta diverſo colore ferunt corollas.

Color maxime ſenſum ſubtiliſſimum attrahit et delectat.

Summa itaque oſcitantia facillime ad colores revocabant veteres, ſed nimium ne crede colori.

Anthophilorum ſtudium inde natum in opprobrium artis, ut mortalium nulli longius extra oleas vagari videantur; patet hoc ex *Tulipa, Pulſatilla, Ranunculo, Hyacintho, Primula*.

Tournefortius caſtra anthophilorum intrans, vidit, tanquam polyedro, in uno Hyacintho 63; et in unica Tulipa 93 ſpecies, quam re ipſa eſſent, plures.

Erronea Nom. Specif. a colore deſumta, ſtatuimus eſſe omnia ſive haec a *Flore*, ſ. a *Fructu*; ſ. a *Seminibus*, ſ. a *Radice*, ſ. a *Planta*, ſ. a *Foliis*, ſ. per *Imaginationem* deſumta.

Colorata folia dicuntur, cum alium aſſumunt colorem, quam viridem.

Haec variant maxime et ſaepius colorem peregrinum deponunt.

Albo-maculata: *Cyclamen*, *Ranunculus* repens, *Trifolium* repens, *Amarantus* polygonoides.

Nigro-maculata: *Ranunculus* Ficaria, hederaceus, *Arum* maculatum, *Medicago* maculata, *Hypochoeris*, *Orchides*.

[Cinereo-maculata: *Procris* maculata Poir.

Flavo-maculata: *Amarantus* bicolor.]

Rubro-maculata: *Ranunculus* acris, *Amarantus* tricolor.

Tessellata: [*Neottia* repens: *Limodorum* boreale.]

Punctata subtus: *Anagallis* [arvenſis; *Hyperica*, *Dioſmae* plures.]

Linea alba: *Pinus* alba; *Phalaris* arundinacea.

Limbo argenteo: *Ilex* T. *Buxus* T. *Caprifolium* T. *Glechoma* T.

[Margine nivea: *Leptoſpermum* marginatum Billard.

Aurea subtus: *Croton* variegatus, utrinque: *Banniſteria* chryſophylla].

a Flore.

Primula veris *luteo* flore.
rubro.
albo.
ferrugineo.
Aricula urſi fl. *coccineo.*
purpureo.
violaceo.
variegato.

a Fructu.

Melo fructu *luteo.*
Cucumis fructu *albo.*
Pepo fructu *variegato.*
Prunus fructu *atrocoeruleo.*
Prunus fructu *flavo.*
Prunus fructu *cerei* coloris.

a Seminibus.

Papaver ſemine *albo*,
Papaver ſemine *nigro.*
Sinapi ſemine *rufo.*
Sinapi ſemine *luteo.*

a Radice.

Daucus radice *atro-rubente.*
- - radice *aurantii coloris.*
- - radice *lutea.*

a Planta.

Braſſica *viridis.*
- - *rubra.*
- - *alba.*
Marrubium *album.*
- - *nigrum.*
Hyoſcyamus *niger.*
Martagon *cruentum.*

a Foliis.

Agrifolium fol. ex *luteo-varieg.*
- - - fol. ex *albo varieg.*
- - - fol. limbis et ſpinis *argenteis aureis.*
Ocymum maculatum.
Eſula punctis croceis notata.
Malva foliis margine ſuperius *micis ſulphureis ad ſolem ſplendentibus* donata Moriſ.

ab Imaginatione.

Alypum ſ. Frutex *terribilis.*
Campanula *pulcra* I. B.

Filix ſaxatilis *elegantiſſima.* Poinciana flore *pulcherrimo* T.

Filix ſcandens *perpulchra* Br.

[In perfectioribus, ſi modo aliae ſuppetunt notae, cave confugias ad colorem: perperam *Michauxius: Linum virginianum*, petalis luteis: *Oxalis Acetoſella*, corolla albido-carnea: *O. violacea*, corolla violacea: *O. corniculata*, floribus luteis.

At in imperfectioribus ſine colore pauciſſimas diſtinxeris ſpecies: e. g. *Lichenes, Fungos, Gaſtromycetas, Fucos.*

Et in aliis generibus idem patet refugium: e. g. *Populus alba* foliis ſubtus niveis: *P. caneſcens* foliis ſubtus incanis.]

267. *Odor* ſpeciem nunquam clare diſtinguit.

Olfactus examinat tenuiſſima effluvia; obſcurus maxime inter ſenſus; genera pauciſſima nominat.

Variat omnium facillime odor, et diverſus in diverſis ſubjectis.

Quot corpora olida, totidem diſtinctos eſſe odores, etiam in eadem ſpecie, patet ex canum indagatione heri in turba hominum.

Odores limites determinatos non admittunt, nec definiri poſſunt; adeoque inter characteres noſtros vagos exulandi pro nota characteriſtica.

Erronea Nom. Specif. merito proclamamus ea omnia, quae pro differentia olfactum admittunt.

a Speciebus odoris.

Hypericum *hircinum.*

Melo *moſchatus.*

Agrimonia *medio modo* odorata M.

Arbor *merdam* olens.

a Tempore.

Heſperis *noctu* olens.

Caryophyllus *inodorus.*

a Plantis aliis.

Ocymum *caryophyllatum* C. B.

citri odore.

foeniculi odore.

meliſſae odore.

cinnamomi odore.

rutae odore.

ſtyracis liqu. odore.

268. *Sapor* pro ratione manducantis ſaepe variabilis eſt, hinc in differentia excludatur.

Aetates diverſae diverſe judicant de ſapidis.
Solum diverſum et clima mutat ſapores.
Cultura edulcorat *acida et acerba.*
Cichoreum ſylveſtre amarum.
Lactuca ſylveſtris viroſa.
Allium in Graecia foetoris expers.
Apium paluſtre ingratum.
Mala in ſylvis acidiſſima.
Horaeos fructus Pyri, Mali etc. tam numeroſa ſobole amplificavit ars Pomaria, ut Pyra 172. Poma 200 diſtincta produxerit (teſte Boerhaavio), quarum ſingulae ſolent proprio nomine condecorari, ob ſingularem ſaporem.
Erronea Nom. Specif. a *ſapore* ludicra ſunt omnia, hinc in differentiis omnino excludenda judicamus.

a Planta.
Apium *ingratius.*
dulce.
Lactuca *opii ſucco viroſo.*
mitis.

a Fructu.
Piſum cortice eduli.
Pyrus fructu *ſaccharato* ore *deliqueſcente.*

269. *Vis* et *Uſus* Differentiam Botanico vanam ſubminiſtrant.

Species ut ratione noſcatur, debet methodo veterum experimentum fieri in anima vili.
Hippomanem ſi guſtes, videbis experimenta periculoſiſſima.
Arum ſummis labris deguſtantes mutos reddens. Sloan.
Pharmacopoeorum plantae et nomina inter ſynonyma ſint: iſti non magis nomina praeſcribant Botanicis, quam ipſi, ex Botanicis principiis, recedunt a ſuo uſu.

Anne ex uno genere *Convolvuli*, *Turbith*, *Mechoacanna*, *Scammonium* etc. Pharmacopoeorum gratia conficienda, contra leges Creatoris, totidem genera.

Anne ex una eademque *Punica* plura genera plantarum condenda, ex Floribus *Balauſtium*, ex fructu *Granatum*, ex cortice fructus *Malacorium*? Sit mens ſana in ſano corpore.

Erronea Nom. Specif. pronunciamus eſſe omnia, quae *vires* aut uſum in ſe comprehendunt, ſive a ſalubritate, ſive a diaeta, ſive ab oeconomicis, ſ. ab hiſtoricis notam acceperunt.

a Pharmacopolio.
Agrimonia *officinarum* C. B.
Calamintha *officinarum Germaniae* C. B.
Martagon *Alchimiſtarum* Lob.
Hieracium *uſuale* Rd.

a Vita.
Solanum *Letale.*
Aconitum *Salutiferum.*

ab Oeconomicis.
Geniſta *ſcoparia.*
Rubia *tinctoria.*
Dipſacus *fullonum.*
Ricinoides, ex qua paratur *Tourneſol* Gallorum T.

a Viribus.
Menyanthes *antiſcorbutica.*
Rhamnus *catharticus.*
Solanum *ſomniferum.*
Solanum *furioſum.*

a Diaeta.
Piſum cortice *eduli*.
Piſa, quae ſimul cum *folliculis comeduntur* Volk.

ab Hiſtoria.
Punica, quae *Malum Granatum* fert.
Canellifera arbor, *cortice ignobiliore*, cujus folium *Malabathrum* officinarum.

[Embothrium *tinctorium*, diſſepimento friabili *ſeminibus tinctoriis* interiecto. Billard.]

270. Sexus nullibi ſpecies diverſas conſtituit umquam.

Intelligitur heic Sexus Dioicus maris et feminae, non vero ſexus Monoicus, Hermaphroditus etc. ex gr. in Rumice, Species *Acetoſae* mares et feminae ſ. Dioicae ſunt; *Beta ſpinoſa* Androgyna

ſeu Monoica; *Lapatha* Hermaphroditae ſeu Monoclinae. *Acetoſa alpina* digyna. Has notas inſervire pro Differentia ſpecifica nullus negavit.
Auctores plurimi, J. B. Raj. Tournef., conſtituerunt e ſexu maris et ſeminae diverſas ſpecies, quas uti ſolo ſexu differentes, negamus eſſe ſpecie diſtinguendas.

e. gr. Urtica *Mas* et *Femina.*
Cannabis *Mas* et *Femina.*
Humulus *Mas* et *Femina.*

Errore ob ſexum tdiſtinctum veteres diſtinxerunt ſpecies, ubi ſexus diverſus non fuit, ſed diverſiſſima planta, ex. gr.

Mas et *Femina:*

Anagallis.	*Ciſtus.*	*Orchis.*
Ariſtolochia.	*Cornus.*	*Paeonia.*
Abrotanum.	*Criſtagalli.*	*Pulegium.*
Abies.	*Ferula.*	*Quercus.*
Amarantus.	*Filix.*	*Symphytum.*
Balſamina.	*Mandragora.*	*Tilia.*
Caltha.	*Nicotiana.*	*Veronica.*

271. Monstrosi Flores (250) et Plantae a Naturalibus originem omnes trahunt.

Flores Multiplicatos, Plenos et Proliferos diximus §. 119. 120. 121. 122. eſſe monſtroſos §. 150. et ortos a ſimplicibus.
Diſtinguimus Creatoris artificio diſtinctas ſpecies a Naturae ludentis varietatibus.
Fiunt haec monſtra frequentiſſime a culturae mangonio et nimio alimento.
Monſtra animalium nullus pro diſtinctis ſpeciebus unquam ſumſit, ergo nec plantae ſumantur.
Demantur e Botanica Flores majores, multiplicati, pleni, proliferi, et exulabit numeroſus grex, qui Botanicen diu oneravit.

272. Pubescentia (136. viii.) ludicra eſt differentia, cum cultura ſaepius deponatur.

Spinas et *Hirſutiem* hic ſub pubeſcentia intelligimus, quam plantae ſaepius exuunt a loco vel cultura.

Cultura facit ut miro modo manſuescant ferociſſima animalia, quod idem et in plantis evenire quotidie obſervamus.

Urus ferox fit *Taurus mitis.*

Canis ſylveſtris ferox fit *Canis manſuetus.*

Spinoſae arbores cultura ſaepius deponunt Spinas in Hortis; et ex acerbo fructu mitem porrigunt. e. gr. *Pyrus*, *Citrus*, *Limon*, *Aurantium*, *Meſpilus*, *Oxyacantha*, *Groſſularia*, *Cynara*.

Cichorium ſylveſtre eſt foliis ſinuatis dentatis aſperis, ſapore amaro ingrato.

ſativum eſt foliis magis integris, laevigatis, ſapore grato.

Hirsuties loco et aetate facillime deponitur.

Fagus primo, e ſemine vel gemmis enata, hirſutiſſima; mox glabra evadit.

Heliocarpus tenella foliis tomentoſis eſt, adulta vero glabris.

Triumfetta puſilla tomentoſa eſt, adulta hiſpida.

Aſperula odorata in ſylvis villoſa, in apricis ſcabra fit.

Perſicaria amphibia in aquis glaberrima, in ſiccis ſcabra.

Thymus Serpyllum in campis glabrum, in maritimis arenoſis hirſutum.

Scabioſa Succiſa in apricis glabra, in ſylvis ſubhirſuta.

Plantago Coronopus in humido foliis glabris integris, in ſicco hirſutis dentatis.

[Laſerpitium *pruthenicum* hirſutum caule, nonnunquam glaberrimum invenitur.

Erica vulgaris in umbroſis paludoſis apud nos cano-pubeſcens.]

Lilium Martagon in ſylvis hirſutum, in Hortis glaberrimum.

Alchemilla palmata in apricis exſuccis glabra flaveſcens, in ſpongioſis umbroſis viridis hirſuta.

Clima mitius facit plantas mitiores, uti durius easdem duriores reddit, et ſaepe quaſi pelle induit. Ad hirſutiem itaque et ſpinas non niſi ſumma neceſſitate cogente confugiendum eſt.

Pentaphylloides paluſtre rubrum, *craſſis* et *villoſis foliis*, ſuecicum et hibernicum. Pluk.

Bugula non crenata *tomentoſa* ſuecica. Pluk.

[Ad pubem tamen ſaepius confugere neceſſe eſt, ubi aliae differentiae nos deſerunt. Cf. Aſter *dracunculoides*, *junceus*, *lanceolatus* et *fragilis*.]

273. Duratio ſaepe magis ad locum, quam ad plantam pertinet, in differentia itaque eam adhibere non arridet.

Calidae Regiones, quae aeſtate perenni gaudent, plantas alunt toto anno vix perituras; hinc plurimae in illis regionibus plantae perennes et arboreſcentes evadunt, quae apud nos annuae ſunt, uti *Tropaeolum*, *Beta*, *Majorana*, *Malva arborea* etc.

Frigidae regiones e perennibus plantis annuas faciunt, uti *Mirabilem*, *Ricinum* etc.

A duratione itaque, niſi manifeſtiſſima ſit, nulla differentia petenda.

274. Multitudo Herbae ſaepe loco mutatur.

Caulis repens radiculas exſerendo plerumque ſeſe immenſe multiplicat.

Multiplicantur plantae vel in ſolo, vel in radice, vel in caule, vel in foliis, vel in fructificatione.

Frequens et *Vulgaris* dicitur planta, quae in ſolo apto ſponte et copioſe provenit.

Caeſpitoſa planta fit, cum multi caules ex eadem radice prodeunt; hoc minus conſtans, cum caeſpitoſa ceteroquin planta in ſolo macro unicum caulem difficile producere valet; contra caulis verſus radicem truncatus, in planta, quae

unicum aſſolet producere, tum plurimos promit inſtar hydrae.

Faſciata dici ſolet planta, cum plures caules connaſcuntur, ut unus ex plurimis inſtar faſciae evadat et compreſſus. Fit idem arte, ſi plures caules enaſcentes cogantur penetrare coarctatum ſpatium, et parturiri tanquam ex anguſto utero; ſic ſaepe in *Ranunculo*, *Beta*, *Aſparago*, *Heſperide*, *Pinu*, *Celoſia*, *Tragopogone*, *Scorzonera*, *Cotula foetida*. [*Böhmer* progr. de plantis faſciatis. Witteb. 1752. 4.]

Beta *lato caule* C. B.

[Celoſia *criſtata*.]

Plicata dicitur Planta, cum arbor vel ramus excreſcit minimis intertextis ramulis, tanquam Plica polonica ex pilis, ceu inſtar nidi Picae, quod vulgus a malo genio ortum arbitratur; frequens apud nos in *Betula*, praeſertim Norlandiae, in *Carpino* Scaniae, nec infrequens in *Pinu*.

Criſpa 83. 163. folia fiunt, cum foliorum peripheria augetur, ut circumcirca fluctuet quaſi undatus limbus.

Bullata folia fiunt ex rugoſis, cum diſcus (non ambitus) multiplicetur, ut inter rugas aſcendat ſubſtantia inſtar conorum, ſubtus concavorum: uti plurimae *Salviae*, *Ocimum*. [pag. 90. n. 62.]

Flores multiplicatos, plenos, proliferos ex ſimplicibus oriri, ex antecedentibus (119-122. 150-271.) patet.

Varietates loco ſpecierum ſunt variae plantae, quae numero auctae ſunt.

Ophiogloſſum lingua bifida. Barth.
Plantago ſpica bifida. Barth.

275. Radix (81.) differentiam realem ſaepe ſubminiſtrat, ad eam tamen, niſi omnes aliae intercluſae ſint viae, non confugiendum eſt.

[Animadvertas, in dirimendis ſpeciebus *characte-*

rem primarium praevalere, a notis maxime eſſentialibus petendum. *Ericae* antheris muticis, bicornibus, ariſtatis, criſtatis. *Salices* foliis glabris, ſerratis, integerrimis, villoſis.]

Si alia ſuperſit conſtans nota, ad radicem non confugiendum; non enim licet facile in hortis plantas eradicare; in Herbaria non facile transfertur radix; in vivis plantis oculis noſtris ſe ſubducit etiam radix.

Quo facilius dignoſcuntur plantae, eo melius, ſed neceſſitati nulla lex poſita eſt.

Scillae difficillime ab herba diſtinguuntur, a *Bulbo tunicato* aut *ſolido*, aut *ſquamoſo* facillime.

Orchides tuto non diſtinguuntur, niſi radices *fibroſae*, *ſubrotundae*, aut *teſticulatae* in auxilium vocantur.

Fumariae bulboſae *radice cava* et *radice non cava* [bene etiam distinguuntur bractearum et calcaris forma. *F. ſabacea*, *Halleri* et *bulboſa*.

Hinc etiam ſtructura interna, nonniſi in imperfectioribus quibusdam, in cenſum venit. Male Billard. *Lepidoſperma longitudinale;* medulla foliorum intercepta diſſepimentis longitudinalibus. Sed, ecquis Confervas ſine microſcopica ſtructurae internae inveſtigatione discriminaverit? Eſtne cotyledonum forma, *Gärtnero* praeeunte, ad diſtinguendas ſpecies, imo ad dirimenda genera ſufficiens? Fere non videtur. *Pinckneya* Michaux. a Cinchonis ſolis cotyledonibus foliaceis differre videtur. *Damnacanthus* Gärtn. ſola embryonis parvitate et ſitu a Canthio *Lam.* differt. *Tetramerium* Gärtn. drupa monoſperma ſatis diverſum, embryonis minutiſſimi in foveola albuminis ſub chalaza ſitu diſtinguitur.]

276. Trunci (82) notae differentias ſaepe optimas edunt.

Caulis in multis plantis ita eſſentiales praebet differentias, ut eo demto, nulla certitudo ſpeciei.

Caulis angulatus plures ſpecies diſtinguit, vix aliter diſtinguendas.

Hypericum Androſaemum caule tereti.
Hypericum perforatum caule ancipiti.
Hypericum Aſcyron caule quadrangulari.
Convallaria Polygonatum caule ancipiti.
Convallaria multiflora caule tereti eſt.

Characteres foliorum dedimus in antecedentibus §. 83. hinc poſterior *Convallaria foliis alternis, caule tereti pedunculis multifloris;* prior *Convallaria foliis alternis, caule ancipiti, pedunculis unifloris* dicenda eſt.

[Ampliſſimum *Aſtragalorum* genus ſecundum caulis indolem dirimitur.]

Culmus triangularis, quinquangularis, ſexangularis et decangularis eſt optima differentia [*Eriocaulorum* triangularis, quinquangularis, ſexangularis et decangularis.]

277. Folia (83) elegantiſſimas naturaliſſimas differentias exhibent.

Natura in nulla parte magis fuit polymorpha, quam in foliis, quorum itaque ſpecies numeroſiſſimae, ſtudioſe a Tironibus addiſcendae.

Commendant ſe Folia pro differentia, quod ſpecioſiſſima ſunt, quod ſpecies facie diverſiſſimas efficiunt, quod facillime differentias ſubminiſtrant; hinc a foliis plurimas differentias in nominibus ſpecificis mutuavit Linnaeus, uti patet conferenti *Hortum Cliffortianum, Upſalienſem, Floras Suecicam, Lapponicam, Zeylonicam;* his adde *Gronovii Virginicam, Royeni Leydenſem, Guettardi Stampenſem, Dalibardi Pariſinam.*

278. Fulcra (84) et Hybernacula (85) communiter optimas differentias relinquunt.

Hiſce notis deſtitutus Botanicus, vix ac ne vix quidem ſpecies facile et tuto determinabit, quod plurimis exemplis patet Aculei in *Rubo*.

Spinae in *Pruno* maxime notabiles ſunt.

Bracteae in *Fumariis*, *Hedyſaro pulchello*, *Dracocephalis*.

Coma conſtat bracteis, quae caulem terminant magnitudine inſignes, ſut in *Fritillaria Imperiali*, *Lavandula*, *Salvia*.

Glandulae in *Pado*, *Crotone*, *Urena*, *Mimoſa*, *Caſſia* eſſentiales notas dant.

Serraturae glanduloſae, ad baſin foliorum in *Heliocarpo*, *Salice*, *Amygdalo*.

Dorſum foliorum glanduloſum in *Pado*, *Urena*, *Paſſiflora*.

Aculei glanduloſi apice ſecernentes liquorem in *Bauhinia aculeata*.

Glandularum cognitione deſtitutus nunquam certo et tuto ſpecies diſtinguet in plurimis Generibus, praecipue in *Caſſia*, *Mimoſa*, aliisque.

Amygdalus a *Perſica* ſolis glandulis ſerraturarum diſtinguitur.

Urenae ſpecies nullus determinabit, antequam foliorum glandulas examinaverit.

Stipulae magni faciendae ſunt in vaſtiſſimis Generibus, ubi dubium de Specie exiſtat.

Jungermanniae optime ſtipulis et auriculis diſtinguuntur.

Melianthus alia ſtipulis ſolitariis, alia vero geminis diſtinguitur.

Caſſia [*diphylla*, *Tagera*, *longiſiliqua*, *arboreſcens*, *ſtipulacea*, *alata*, *mimoſoides*, *microphylla*, ſtipularum forma diſtincta, quae in *C. auriculata* reniformes barbatae et in *C. flexuoſa* dimidiato - cordatae ſunt.]

Gemmae in eodem Genere ſaepe diverſiſſimae, uti conſtat ex Genere *Rhamni* et *Aceris*.

Bulbi diſtinguunt optime Orchidum ſpecies.

In

In axillis foliorum reſidentes bulbi *Dentariam*, *Lilium*, *Ornithogalum*, *Saxifragam*, et *Biſtortam*, ſingulari nota determinant.

279. Inflorescentia (163: XI.) maxime realis eſt differentia.

Inflorescentia eſt modus, quo Pedunculus fructificationem promit (p. 84. 85. 192.), vel quoad ſtructuram, vel locum; hoc alii *Situm Fructificationis* dixere, et ex eo hariolantes, nova Genera formarunt.

Pulcherrima inter omnes differentias mihi ſemper viſa eſt Inflorentia, in plurimis generibus.

Spiraea aliae fl. *duplicato-racemoſis*, aliae fl. *corymboſis*, aliae floribus *umbellatis*, ut demta hac nota nulla certitudo ſpeciei.

Pedunculus, qui flores promit, eosdem varie porrigit.

280 Fructificationis partes ſaepius conſtantiſſimas differentias ſubminiſtrant.

Olim aliter ſenſit Linneus, nec fructificationem, niſi praecluſis aliis viis, adiit, ob rationes, quod brevis aevi eſſet flos, et quod partes ejus ſaepius minutiſſimae.

Sunt in fructificatione plures partes, quam in tota reliqua planta; adeoque plures inde notae hauriuntur.

Minimis partibus, per totum naturae campum, certitudo omnis innititur, quas qui fugit, pariter naturam fugit.

Diſtinguendae ſunt fructificationis notae in Eſſentiales, Naturales et ſpecificas.

Tiro primum diſſecans flores, obſervat ſpeciales notas, format nova et falſa genera; credit ſe primum flores vidiſſe, ſed maturus Botanicus factus, ſe ſaepius eluſum ſentiet.

Gentianae demto flore nequeunt diſtingui, uti

conſtat obſervatis Halleri, at corollae in aliis *Campaniformes*, *Rotatae*, *Infundibuliformes*; *Quinquefidae*, *Quadrifidae* facillime diſtinguunt.

Hypericum floribus *Trigynis* a *Pentagynis* probe diſtinguendum.

281. Notae genericae (192) in differentia uſurpatae, abſurdae ſunt.

Notas genericas Characteris Naturalis hic intelligimus, quae ſpecies nunquam diſtinguunt; hae enim in genere conſentientes ſunt per omnes ſpecies; nec diſſentiunt, quae conſentiunt.

Erroneas itaque eſſe omnes differentias ſtatuimus, quae notas ſpecificas deſumunt a notis characteris naturalis.

Polygala *ſiliculoſa tetrapetala bicapſularis*. *Moriſ.*

Aponogeton *ſtaminibus ſingularibus*. P.

Guajacum *aceris ſ. burſae paſtoris fructu*. Br.

282. *Differentia* omnis e *Numero*, *Figura*, *Proportione* et *Situ* variarum plantarum partium (89 — 86) neceſſario deſumatur.

Notae fallaces et conſtantes unde promanent, diximus in praecedentibus.

Fallaces notas ſtatuimus plurimas; uti

Color §. 266.	*Multitudo* §. 274.
Odor §. 267.	*Magnitudo* §. 250.
Sapor §. 268.	*Monſtroſitas* §. 271.
Uſus §. 269.	*Varians* §. 259.
Sexus §. 270.	*Accidentale* §. 258.
Pubeſcentia §. 272.	*Auctoritas* §. 263.
Tempus §. 265.	*Inſufficientia* §. 257.
Locus §. 264.	*Collatio* §. 261. 263.

Fidas notas deſumendas tantum eſſe a partibus plantae, uti a

Radice §. 275. *Fulcris* §. 278.
Trunco §. 276. *Infloreſcentia* §. 279.
Foliis §. 277. *Fructificatione* §. 280.

Modi, quibus differentia deſumitur, ſunt quatuor: *Numerus*, *Figura*, *Situs*, *Proportio*, adeoque iidem, qui in genere §. 167.

Hi ubique conſtantes, in Planta, in Herbario, in Icone.

283. Ne varietas (158) loco ſpeciei (157) ſumatur, ubique cavendum eſt.

Hoc opus, hic labor eſt; adeoque ſumma induſtria inquirendum.

Errores gignunt, ut ſaepius coecutiamus, cauſſae imprimis ſequentes:

1. *Natura* polymorpha, in ſuis operationibus nunquam ceſſans.
2. *Regionum* et *Climatum* diverſa et ſingularis natura.
3. *Loca* natalia remotiſſima.
4. *Brevitas vitae* humanae, quae perit praecoci fato.

Certitudinem detegunt in ſpeciebus, a varietatibus diſtinguendis:

Cultura in diverſiſſimo et vario ſolo.
Partium plantae omnium examen attentiſſimum.
Fructificationis examen, quoad omnes partes etiam minutiſſimas.
Congenerum ſpecierum inſpectio.
Naturae leges conſtantes, nunquam ſaltus facientes.
Varietatum modi remoti.
Poſitio ſpeciei ſub proximo et diverſo genere.

284. Nomen genericum ſingulis Speciebus applicari debet.

Speciebus ad Genera redactis adſumant Species nomen generis, ut ex nomine conſtet de plantae nominatae genere.

Nomen Genericum valet in Republica Botanica uti nummus.

Rajus et Moriſonus ſaepius reduxere Species ad Genera, ſed nomina Generis non aſſumſere.

STOECHAS. *Raj. hiſt.* 280.

1. *Stoechas citrina germanica, latiore folio.*
2. *Chryſocome aethiopica, plantaginis folio.*
3. *Helichryſum abrotani feminae foliis.*
4. *Elichryſum creticum.*
5. *Stoechadi citrinae alteri inodorae Lobelii affinis.*
6. *Gnaphalium montanum album.*

Sic, qui citatum Raji nomen audit, de genere nullam ideam habet, niſi viſo libro.

285. Nomen ſpecificum ſemper genericum ſequi oportet.

Cum ignoto genere nulla certitudo, neceſſe eſt, ut Generis nomen incipiat ideam, ſi diſtinguat diſtinguenda.

Lobelius maxime et ſaepius hic peccavit:
Minus Heliotropium *repens. Lob.*
Matthioli ſecundum Limonium, *Lob.*
Aquatica Plantago *foliis Betae. Lob.*

286. Nomen ſpecificum ſine generico eſt quaſi campana ſine piſtillo.

Differentia eſt tantum diſtinctio generis, adeoque ſine genere nulla differentia concipi poteſt.

Nomina ſunt ex arte confecta, ut ſcientifice determinent plantas.

Differentiae ſine nomine ſpecifico, ſunt animalcula capite mutilata.

— *myagro affinis herba, capſulis ſubrotundis* J. B.

— *linariae aliquatenus ſimilis hirſuta non laciniata* C. B.

— *linariae aliquatenus ſimilis, folio bellidis* J. B.

— *periclymeno accedens, planta monanthos* Mor.
— *indigena alpium Sabaudiae* Bocc.

287. Nomen ſpecificum ipſi nomini generico adglutinatum non erit.

Fuere Botanici, qui genera per caudas diſtinguere tentarunt, inflectendo nomen in fine, ſed peperit confuſionem ſummam. [Cf. §. 234.]
Diſtinctum genus; Diſtincta Differentia.
Gentian*ella* pro Gentiana parva.
Acetoſ*ella* — Acetoſa parva.

288. Nomen ſpecificum genuinum eſt vel *Synopticum* vel *Eſſentiale*.

Nomina ſpecifica cito, tuto, et jucunde diſtinguant ſpecies.
Selectus fiat ex omnibus differentiis poſſibilibus ſpeciei, unde deſumendae praeſtantiſſimae, ut liceat tandem tuto noſſe ſpeciem.
Modus Nominum ſpecificorum eſt vel Synopticus vel Eſſentialis, vel ex utrisque mixtus.
[Ampliſſima genera in cohortes dividuntur, ut repetitio vitetur et conſpectus facilior reddatur. Charactere ſynoptico primario ad id utimur. e. g. *Erica*, antheris muticis, criſtatis, ariſtatis, bicornibus. *Aſtragalus*, fruticoſus, acaulis, cauleſcens. *Hypnum*, foliis nervoſis, enerviis, directione varia, ſecundis.]

289. Nomen Specificum Synopticum (288) plantis congeneribus (159) notas ſemidichotomas imponit.

Ubi notae eſſentiales ſpeciei inveſtigari nequeunt, neceſſe eſt, ut per Synopſin fiat differentia,

adeoque Synopſis eſt ſuccedanea differentiae eſſentialis.

In vaſtiſſimis generibus ſaepius ad ſynopſin adſumendam coacti ſumus.

Salix *foliis ſerratis glabris ovatis acutis ſubſeſſilibus.* Roy. *Synoptice.*

Salix *floſculis pentandris.* Fl. lapp. *Eſſentiale.*

Salix *foliis ſubintegerrimis lanceolato-linearibus longiſſimis acutis: ſubtus ſericeis, ramis virgatis,* Fl. ſu. *Synoptice.*

Salix *foliis linearibus revolutis. Eſſentiale.*

290. Nomen Specificum Eſſentiale (288) notam differentiae ſingularem, ſuaeve ſpeciei tantummodo propriam, exhibet.

Nomen ſpecificum eſſentiale abſolvitur unico alterove vocabulo ſ. unica idea.

Stabilitis Generibus et Speciebus eſſentiali differentia determinatis, ſummum apicem in re Herbaria tetigimus. Si Botanici eo tandem perveniant, ut omnes ſpecies nomine Eſſentiali determinare queant, non datur ultra.

Praeſtantia nominis commendat ſe brevitate, facilitate, certitudine.

Valent nomina eſſentialia absque citatione, quod alia nomina nunquam.

Synopſis, detecto nomine eſſentiali, non admittenda eſt in differentia ſpecifica; allaborandum itaque ut ad metam tandem perveniamus propoſitam.

Eriophorum *ſpicis pendulis* Flor. lapp. 22.
Plantago *ſcapo unifloro* Fl. lapp. 64.
Alchemilla *foliis ſimplicibus* Fl. lapp. 66.
Alchemilla *foliis digitatis* Fl. lapp. 67.
Menyanthes *foliis ternatis* Fl. lapp. 80.
Convallaria *ſcapo nudo* Fl. lapp. 112.
Convallaria *foliis verticillatis* Fl. lapp. 114.
Pyrola *ſcapo unifloro* Flor. lapp. 167. ſuec. 334.
Betula *foliis orbiculatis crenatis* Fl. lapp. 342. ſuec. 777.

291. Nomen ſpecificum quo brevius, eo etiam melius, ſi modo tale (257).

Pulcritudo artis brevitatem expoſcit, nam quo ſimplicius, eo etiam et melius, et ſtultum eſt facere per plura, quod fieri poteſt per pauciora; Natura etiam ipſa compendioſiſſima eſt in omni ſua actione.

Numerus vocabulorum, quae in differentia adhibentur, nunquam ultra duodecim vocabula admittat; quemadmodum Nomina Generica duodecim ad ſummum literis conſtabunt §. 249, ita et Differentia 12 vocabulis, ut limites tandem ſtabiliantur.

Duodecim vocabula ſufficere pro differentia ſpecifica ex ſequenti calculo eluceſcit. Sit genus centum ſpecierum, quem numerum adtigerat Linnaei aetate nullum genus; diſtinguantur hae ſpecies ſynopſi: a. 50. b. 25. c. 13. d. 7. e. 3. f. 2. g. 1. adeoque ſubſtantiva cum totidem adjectivis, ad ſummum neceſſaria eſſent; at vero unum idemque ſubſtantivum ſaepe admittit plura adjectiva, adeoque duodecim vocabula vix unquam neceſſaria erunt pro differentia generis centum ſpecierum.

Horrenda itaque ſunt nomina ſpecifica veterum ſesquipedalia, quae deſcriptiones loco differentiarum ſiſtunt.

Cenchramidea *arbor ſaxis adnaſcens, obrotundo pingui folio, fructu pomiformi in plurimas capſulas grana ficulnea (ſtylo columnari hexagono praeduro) adhaerentia continentes, diviſo, Balſamum fundens.* Plukn. alm. 92.

Gramen *myloicophoron carolinianum ſ. Gramen altiſſimum, panicula maxima ſpecioſa, e ſpicis majoribus compreſſiuſculis utrinque pinnatis, blattam molendariam quodammodo referentibus, compoſita, foliis convolutis mucronatis pungentibus*, Pluk. alm. 173.

Acaciae *quodammodo accedens, Myrobalano chebulae Veslingii ſimilis arbor americana*

ſpinoſa, foliis ceratoniae in pediculo geminatis, ſiliqua bivalvi compreſſa corniculata ſeu cochlearum vel arietinorum cornuum in modum incurvata, ſive Unguis cati. Breyn. prodr. 2. p. 29.

[Ut brevitati operam demus, qualitas, omnibus partibus communis, praeponenda. e. g. *Lythrum triflorum*, glaberrimum: L. *Pemphis*, hirſutum: L. *dipetalum* hiſpido - viſcoſum.

Dum qualitas paucis communis eſt, poſtponitur partibus ſyllaba *que* junctis. e. g. *Roſa gallica*, germinibus ovatis pedunculisque hiſpidis.

Calicium capitellatum, pilidiis globoſis pedicellisque filiformibus flavo - pulverulentis.

Cave, ne dum brevitati ſtudes, claritatem offendas. Linnaei *Carex acuta*, ſpicis maſculis pluribus, femineis ſubſeſſilibus, capſulis obtuſiuſculis: nimia brevitate laborat. Melior eſt ſequens: C. *ſpicis ♂ ſubternis, ♀ quaternis cylindrico-elongatis cernuis, fructibus inferioribus remotis oblongis teretibus glabris breviſſime roſtellatis ore integro pertuſo, ſquamam lanceolatam ſubaequantibus.*]

292. Nomen ſpecificum nulla admittat vocabula, niſi quibus a congeneribus neceſſario diſtinguitur.

Nullum vocabulum in differentia ſpecifica ſuperfluum erit. [Superflua bene multa in differentiis *Michauxii*; e. g. *Grimmia gracilis*, foliis lanceolatis, in acumen ſubpiliforme exalbenti - pellucidum ſcabriuſculumque deſinentibus. *Weiſſia microdon*; foliis lineari - ſubulatis, inſigniter cirrhato - involutilibus.

Moraea odora, foliis glabris cum rore multo intus *Saliſb.*]

Si eadem nota poterit paucioribus verbis exprimi, erat illa optima, quae breviſſima fuit.

Exulent Antonomaſia, Tavtologia et floſculi oratorii,

Betula *nana pumila* Franken.

[*Citharexylon pentandrum* ramis obtuſe tetragonis. *Ventenat. Tavtologia.*]

Lamium *caule folioſo.* Lind. *Antonomaſia.*

293. Nomen ſpecificum nullum, ſpeciei in ſuo genere ſolitariae (203), imponi poteſt.

Sunt qui ſtatuunt nomen ſpecificum addi debere ſpeciebus novi generis, licet ſolitariis, ut inde formetur idea plantae.

Non negamus Habitum multum inſervire ad formandas notiones de planta; at vero in nomine ſpecifico admodum erronea eſt, cum contineat nihil aliud, niſi ſolam notam, qua diſtinguatur a congeneribus.

Ubi nulla differentia ſpecifica ad plantam nominatam, ibi praeſupponitur in genere non niſi unicam ſpeciem eſſe detectam.

Erronea itaque ſunt nomina ſpecifica, quae differentias impoſuere plantis in ſuo genere ſolitariis e. gr.

Morina *orientalis, carlinae folio.* Tournef. cor. 48.

Matthiola *folio aſpero ſubrotundo, fructu nigricante.* Plum. amer. 16.

Maranta *arundinacea, cannacori folio.* Plum. amer. 16.

Valdia *cardui folio, fructu ſubcoeruleo.* Plum. amer. 11.

294. Nomen ſpecificum imponat, qui novam adinvenerit ſpeciem, ſi modo neceſſe ſit (293) tale.

Qui novam detegit ſpeciem, addat et non modo ejusdem differentiam, ſed et in congeneri vel congeneribus differentias augeat, ut diſtinguantur in poſterum ſpecies ſufficienti differentia.

CLAYTONIA Gron. virg. 25. primum innotuit in Virginia, dein alia ſpecies Limnia dicta in Sibiria: adeoque dicatur Sibirica: CLAYTONIA *foliis ovatis*, et Virginica CLAYTONIA *foliis linearibus*.

295. Nominis ſpecifici vocabula non erunt compoſita, nominibus genericis ſimilia, nec graeca ſed tantum latina; nam quo ſimpliciora, eo etiam meliora.

Character definit nomen Genericum, Differentia vero ſpecifica ſe ipſam; adeoque prius eſſe poterit peregrinum, poſterior autem per ſe evidentiſſima erit; ideo haec pure latina, nec graeca.

Erroneae itaque ſunt differentiae ſpecificae omnes graecae.

Lathyrus *diſtoplatyphyllos*.	Lotus *oligokeratos*.
Myrrhis *conejophyllon*.	- - *polykeratos*.
Potamogeton *lejophyllon*.	Mimoſa *platykeratos*.
- - - *iteophyllon*.	- - - *brachyplatolobos*.
- - - *malacophyllon*.	Piſum *leptolobon*.
- - - *ulophyllon*.	Lotus *tetragonolob.*
Piloſella *monoclonos*.	Trifolium *katobleps*.
- - - *polyclonos*.	Clematis *bucananthos*.

Ficus *aizoides*.
Aſclepias *aizoides*.
Hieracium *piloſelloides*.
Oreoſelinum *aniſoides*.

RICHERIUS BELLEVAL Prof. Monſp. circa finem ſaeculi XVI. rariſſimas icones, a Gilibertio poſt ducentos annos editas (Démonſtrations élément. de bot. tom. 5. 6.) incidi curavit; has cum Linnaeo communicavit Sauvageſius, intellexit, Auctori in animo fuiſſe omnes differentias graeca linguâ compoſito vocabulo exprimere; e. gr.

Valeriana anguſtifolia t. 37. vocatur στενοφυλλανθέρυθρος.
Scabioſa maritima t. 76. — στενοφυλλοπολύκαυλος.
Plantago Serraria t. 10. — ὀρειμυλλοπρωνοειδής.
Statice echioides t. 142. — Χαμαιλειμώνιον montis Ceti.
Bupleurum ranunculoides t. 207. — ἀλπικομακρανθομήλινος.
Seſeli Saxifragum t. 210. — λεπτοφυλλοπηγανώδης etc.

296. Nomen ſpecificum non erit Tropis Retoricis figuratum, multo minus erroneum, ſed fideliter, quae natura dictitat, exponat.

Synecdoche totius pro parte frequentiſſima eſt in Botanicis, ubi de toto praedicatur, quod valet de parte tantum; quod nunquam admittendum eſſe cenſemus.
Synecdoche numeri ſingularis pro plurali tritiſſima et aeque erronea eſt.
Metaphora ſemper obſcura eſt, hinc praeſtat nuda ſimplicitas.
Ironia cum mendacii ſpecies ſit, hinc excludenda erit.

Synecdoche totius pro parte.

Salicaria *purpurea* pro *corollis purpureis.*
Quinquefolium *folio argenteo* pro *ſubtus albo.*
Molucca *ſpinoſa* pro *calycibus ſpinoſis.*
Pimpinella *umbella candida* pro *corollis candis.*

Synecdoche numeri ſingularis pro plurali.

Lupinus *flore luteo* pro *floribus luteis.*
Ranunculus *folio rotundo et capillaceo* pro *foliis rotundis et capillaceis.*

Metaphora

Limon *incomparabilis* pro *maximus.*
Caryophyllus *ſuperbus* pro *floribus pulcherrimis.*

[*Caſtalia magnifica:* utero toto, quaſi obpudicitiam, occultato. *Saliſb.*]
Majorana *gentilis* pro *odoratiſſima.*
Tragon *improbus* pro *aculeatus.*
Ranunculus *ſceleratiſſimus* pro *veſicatorius.*
Urtica *fatua* pro *inermis.*
Cannabis *erratica* pro *mas.*
Heſperis *melancholica* pro *noctu odorata, die inodora.*
Urtica *mortua* pro *inermis.*
[*Epidendrum,* floribus muſciformibus antenniferis. *Bonpland.*]
Bulbonac *rad. rediviva* pro *perenni.*
Meum *adulterinum* pro *non genuina ſpecies.*
Orchis *abortiva* pro *figura floris ſingulari.*
Pinus *incubacea* pro *faſciata,*
Fucus *haemorrhoidalis* pro *haemorrhoidibus medela.*
Pepo *ſtrumoſus* pro *fructu tuberculis obſito.*
Caryophyllus *barbatus* pro *calycis ſquamis ſetaceis.*
Mentha *cataria* pro *odore catis grato.*
Gramen *leporinum* pro *tremens uti Lepus.*
Lactuca *agnina* pro *ovibus grata ſpecies.*
Aparine *ſemine ſaccharato* pro *fructu verrucoſo.*
Arbor *finium regundorum* pro *tinctura ad mappas inde colore diſtinguendas.*

Ironia.

Lyſimachia *bifolia fl. globoſo* pro *foliis oppoſitis, racemis ovatis.*
Ornithogalum *flore minore innato* pro *filamentis planis.*
Narciſſus *calyce luteo* pro *nectario luteo.*
Dentaria *baccifera* pro *bulbifera ex alis.*
Dracunculus *piſtillo longiſſimo* pro *receptaculo longiſſimo.*
Fragaria *ſterilis* pro *receptaculo ſicco,*
Sabina *ſterilis* pro *mas.*

287. Nomen ſpecificum nec comparativum, nec ſuperlativum ſit.

Comparativa *Majus* aut *Minus*, gradus *Comparativus* et *Superlativus* non admittenda ſunt, cum praeſupponant cognitionem alterius plantae:
Alſine *altiſſima* eſt minor Betulâ nanâ.

Contra autem ſentiendum ubi ſuperlativus gradus adhibetur de planta praeſentis parte, et indicat partem eſſe maximam inter omnes plantae partes: tum enim egregia nota eſt:
Lobelia *pedunculis breviſſimis, tubo corollae longiſſimo.* Roy.

Erronea ſunt nomina ſpecifica omnia, quae comparationem habent extra plantam.
[*Fumaria Cucullaria*, floribus majuſculis: F. *recta*, corolla majuſcula *Michaux*.
Equiſetum *laevius* Raj.
Piloſella *major, minus hirſuta* C. B.
Piloſella *minor, folio anguſtiore, minus piloſo* *I. B.* [Cf. §. 260. 262.]

298. Nomen ſpecificum terminis poſitivis, non vero negantibus, utatur.

Negativa nihil dicunt, vel dicunt quod non eſt, non vero quid eſt.

Quamdiu vocabula poſitiva adſunt, nunquam licet privativis uti, adeoque ſemper parata erunt vocabula, quae ideas oppoſitas exprimunt.

Subrotundum et *oblongum.*
Rotundatum - - *angulatum.*
Fiſſum - - - - *indiviſum.*
Obtuſum - - - *acutum.*
Pungens - - - *inerme.*
Serratum - - - *integerrimum.*
Nervoſum - - - *enerve.*
Tomentoſum - - *glabrum.*
Tectum - - - *nudum.*
Venoſum - - - *avenium*
Teres - - - - *anguloſum.*
Tubuloſum - - *farctum.*
Simplex - - - *compoſitum.*
Petiolatum - - *ſeſſile.*

Erectus	-	et	*volubilis.*
Teres	-	-	*angulatus.*
Simpliciſſimus	-	-	*ramoſus.*
Ariſtatus	-	-	*muticus.*
Laxus (flaccidus)		-	*ſtrictus.*
Remoti	-	-	*conferti.*
Divaricati	-	-	*coarctati.*
Cauleſcens	-	-	*acaulis.*
Herbaceus	-	-	*lignoſus ſ. fruticoſus.*
Attenuatae	-	-	*incraſſatae.*

Fiat deſcriptio plantae vaſtiſſima terminis negativis, nemo inde ſibi formet ideam leviſſimam plantae; vide *Browallii Examen epicriſeos.*

Erronea itaque ſunt omnia nomina ſpecifica, quae admittunt vocabula vel particulas negativas.
Lyſimachia *non papposa* Mor. Seminibus nudis.
Hippuris *non aſpera* I. B. glabra.
Bidens *folio non diſſecto* T. integro.
Phalangium *non ramoſum* Wehm. caule ſimplici.
Lychnis *petalis non bifidis* Mor. integris.
[*Weiſſia puſilla*, foliis capillaribus non contortis Bridel. *Lupinus perennis:* calyce laciniis lateralibus nullis. Michaux. *Rubus trivialis*, foliolis non acuminatis. *Id.*

Neque tamen negatio ubivis vitari poteſt. In Crotonis, Paſſiflorae, Caſſiae, Mimoſae, Acaciae ampliſſimis generibus *glandularum defectus* neceſſario notandus eſt. In *Hypnorum* ditiſſimo genere nervorum abſentia decidit de ſpeciebus.]

299. Similitudo omnis, in nomine ſpecifico uſurpata, dextra manu notior erit, licet et haec minus placet.

Similitudo unico verbo exhaurit id, quod alioquin integra oratione demonſtraretur; ſed omnis similitudo claudicat, ideoque etiam in artis dedecus aſſumitur omnis ſimilitudo obſcura, et non unicuique manifeſtiſſima.

Aſſumenda itaque nulla alia ſimilitudo, quam a partibus externis corporis humani; uti Auris, Digi-

tus, Umbilicus, Oculus, Scrotum, Penis, Vulva, Mamma; non vero ab internis corporis partibus, quae anatomicis ſolum notiſſimae.

Similitudo valet ſine definitione, quod nullus alius artis terminus.

Obſcuras ſimilitudines, et quidem plurimas, introduxere Botanici non omnibus notas, E. gr.

Agaricus *tubae ſalopianae inſtar* T.
[Erica *folliculari*s (Petiverii) nectario plinthiformi. Salisb.]
Orchis *anthropophora*.
Orchis *Simiam referens* C. B.
Orchis *Cercopithecum exprimens* Col.
Orchis *Muſcam referens*.
Meſembryanthem. *roſtrum Ardeae referens* D.
Meſembryanth. *rictum caninum referens* D.
Meſembryanth. *rictum felinum referens* D.
Lotus *ſiliquis pedes corvinos referens* C. B.
Fungus *pilis Capreoli prorſus ſimilibus* Loeſ.
Atriplex *ſemine bucephali* Col.
Arbor acul. ramis incurvis, *ſcenam topiariam efformans*. Plukn.
Fungus *daedaleis ſinubus* T.
Fungus *auriſcalpium referens*.
Hemionitis *folio ſecuris Romanae figura*. Pluk.
Medica *caſeiformis*, Rudb.

300. Nomen ſpecificum, nullum adjectivum ſine appoſito ſubſtantivo, adhibeat.

Nullum adjectivum, adeoque nullum adtributum in nomine ſpecifico, ſine praegreſſo ſubſtantivo, cui reſpondeat; ubi autem nulla pars prius nominata, ibi ſupponitur praedicari de tota planta.

Subſtantiva hic uſitata ſemper erunt partes plantae.

Erronea ſunt omnia Nomina ſpecifica, quae admittunt adjectiva ſine appoſito ſubſtantivo.

Adjectiva ſine ſubſtantivo vero.
Millefolium *cornutum* C. B. foliis.
Nigella *cornuta* C. B. capſula.

Thlaſpidium *cornutum* T. calyce.
Lyſimachia *corniculata* C. B. capſula.
Allium *bicorne* C. B. ſpatha.
Viola *tricolor* C. B. corolla.
Myrtus *criſtata* Wehl. foliis.
Amaranthus *criſtatus* ſpica.
Gramen *criſtatum*, bracteis.
Solanum *veſicarium*, calyce.
Culutea *veſicaria*, pericarpio.
Ranunculus *veſicarius*, vi.
Millefolium *veſicatorium*, radice inſtructa veſiculis.
Meſembryanth. *veſicatorium*, foliis adſerſis.

Subſtantiva Erronea.

Sideritis *utriculis* ſpinoſis *Herm.* pro verticillis.

Adjectiva et *Subſtantiva genere conveniant.*

Juniperus *alpinus* Cluſ. alpina.
Hippuris *muſcoſus* Mor. muſcoſa. [Cf. p. 330.]

301. Omne adjectivum (300) in nomine ſpecifico ſequi debet ſubſtantivum ſuum.

Quemadmodum in Charactere praecedat ſemper pars ſeu praedicatum; ita et in differentia ſemper ſubſtantivum, cui adjectivum competit, ut fiat diſtinctiſſima idea, ne errore typographi, ob comma vel punctum, alienus ſenſus ſuboriatur.

Corona ſolis *parvo*, *tuberoſa* radice T.

Rectius: *flore* parvo, *radice* tuberoſa.

Sinapiſtrum aegyptium heptaphyllum, *flore carneo*, majus ſpinoſum, *Herm.*

Rectius: aegypt. heptaphyll. majus ſpinoſum, flore carneo.

[*Melaleuca ſquamea*, ſquamato cortice fungoſo, Billard.]

Orchis aethiopica, maxima, maculata aviculam niveam, macula ſanguinea, in dorſo, notatam repraeſentans, galea caerulea, ampliſſima, pulvere argenteo, adſperſa in area, inſigniter ſplendente.

Rectius

Rectius aethiopica, maxima, maculata, repraeſentans aviculam niveam: notatam in dorſo macula ſanguinea, galea caerulea ampliſſima adſperſa pulvere argenteo.

02. Adjectiva (300) in nomine ſpecifico uſurpata, e terminis artis ſelectis (80-86), ſi modo ſufficientibus, petenda ſunt.

In Terminis artis ſi conveniant Botanici, et ſi conſtantes ſint in ſcriptis, facillima evadet ſcientia.
Periphraſin nunquam admittat Botanicus, quamdiu Termini artis rite definiti occurrunt.
Synonyma Terminorum excludantur et unicus conſtans et ſelectus adhibeatur.

Synonyma.

Lychnis *viſcoſa*
Lychnis *glutinoſa* Rd. } glutinoſa.
Caryophyllus *ſupinus* C. B.
Malva *procumbens.* } procumbens.
Liguſtrum *foliis pictis.* Weh.
Laurocerasus *foliis variegatis.* Weh. } variegatis.
Piloſella rep. *hirſuta*
- - *folio piloſo*
- - *folio villoſo*
Quinquefolium *pubeſcens* } piloſa.
Hieracium *radice ſucciſa* C. B.
Hieracium *radice praemorſa* Mor. } praemorſa.

Per Periphraſin.

Quinquefolium *molli lanugine pubeſcens.* I. B. villoſum.
Conyza *humidis locis proveniens.* I. B. paluſtris.
Muſcus ſquamoſus in *aquis naſcens.* Moriſ. aquaticus.

Male: *Caſtelia magnifica*, toro modioliformi. Modiolus eſt menſura, poculum, terebra, rotae axis, machina pro oleo exprimendo. Ecquis itaque ſignificatus! Torus pro receptaculo, Saliſb. *Trifolium reflexum*, foliolis obovalibus. Michaux. Nemo intelligit. *Dentaria concatenata*, radicis tuberibus oblongo-ovoideis, an-

guſto nexu concatenatis, caulibus ternate triphyllis, foliis ſub-trifoliolatis. Michaux.
Cardamine ſpathulata, foliis pubentiſſimis oblinearibus. Id.
Tilia canadenſis, pedunculis confertiusculifloris. Id.
Adenanthos obovata, foliis ovatis inferne attenuatis. Billard.
Erica cerviciflora, corolla pubeſcentula. Salisb.
Male *Hedwigius* junior pro ramis, elongationes, pro nervis, faſciculos habebat.]

303. Particulas, adjectiva ſubſtantivaque conjungentes, nomen ſpecificum excludat.

Particulae ejusmodi ſunt: Vel
Conjunctivae: *et*, *atque*, *ſimul*.
Disjunctivae: *vel*, *ſive*, *ſeu*.
Caſu *ablativo*, absque ulla praepoſitione, notae omnes in differentia proponantur.
Ubi autem duo diverſa indicanda in eadem planta, utimur nota *ve* vel *que* in fine ſequentis vocabuli, ne augeat numerum vocabulorum: e. gr.
Carduus *foliis lanceolatis ciliatis integris laciniatis*que. Hort. cliff. 392.
Juncus *foliis planis*, *ſpica ſeſſili pedunculatis*que. Flor. ſuec. 288.
Exulant differentiae omnes, quae admittunt particulas disjungentes: e. gr.
Medica *ſilv. frut.* vel *Trifolium falcatum* ſeu *Medica ſiliqua tortili*. Moriſ.
Abſinthium *ponticum*, ſeu *romanum officinarum*, ſeu *Dioſcordis*. Moriſ. C. B.
Aſter *montanus* ſive *Oculo Chriſti ſimilis*, ſi non *idem*, ſive *Conyza* 3. I. B.
[*Conferva diaphana*, ramulis ultimis *inſigniter* forcipatis. Web. et Mohr.
Siſon bulboſum, caule *ſolito* uniramulato, umbellulis *ſolito* tribus. Michaux.
Phyſalis obſcura, foliis *quaſi* cordato-ſuborbiculatis. Id.

Rubus ſtrigoſus, foliolo impari *ſaepius* ſubcordato. Id.

Smilax pulverulenta, foliis *eximie* cordatis. Id.

Pteris atropurpurea, pinnis obtuſe ovalibus *etiamve* lineari-lanceolatis. Id.

Hibiſcus virginicus, ramulis *quandoque* ſubracemifloris. Id.]

94. Notae diſtinctivae partes plantarum (80), non vero adjectiva, in nomine ſpecifico diſtinguant.

Particulae diſtinguentes hujus loci ſunt: *Comma* (,), *Comma cum puncto* (;), *Colon* (:), et *Punctum* (.).

Differentia ſpecifica per particulas rite interſtinctas evidentiſſima evadit.

Linnaeus utitur *commate* ad diſtinguendum partes; *Colon* adhibet, ubi partis ſubdiviſio eſt; *Punctis* autem claudit differentiam. A.

Alii utuntur *Commate cum puncto* ad diſtinguendum partes; *Commate* vero diſtinguunt iidem omnia adjectiva. B.

Antecessores Commate et partes et adjectiva plerumque diſtinxerunt. C.

A. Bauhinia inermis, *foliis* cordatis ſemibifidis: *laciniis* acuminato-ovatis erecto-dehiſcentibus. H. C.

B. Bauhinia inermis, *foliis* cordatis, ſemibifidis; *laciniis* acuminato-ovatis, erecto-dehiſcentibus. H. C.

[*Leſpedezia capitata*, erecta: *foliis* ſubſeſſilibus; foliolis oblongis: capitulis *ſeſſiliter* conglomerato-terminalibus: legumine intra calycem multo majorem recondito. Michaux.]

C. Bauhinia inermis, *foliis* cordatis, ſemibifidis, *laciniis* acuminato-ovatis, erecto-dehiſcentibus. H. C.

305. Parentheſis Nomen ſpecificum nunquam admittat.

Parentheſis vel ſubintellecta, vel lineolis incarcerata, eodem recedit.

Arguit utraque aut exceptionem, aut defectum ordinis, adeoque non admittenda eſt.

Boerhavius et coaetanei, ne innovarent nomina, antiquo nomini generico praepoſuere novi Generis nomenclaturam, cum interjecta ſyllaba, *qui* ſ. *quae*, ſ. *quod:* hoc autem ex data in praecedentibus theoria non aſſumimus.

a. Parentheſis ſubintellecta.

Sinapiſtrum pentaphyllum, flore carneo, minus. H.

b. Parentheſis adſcripta.

Androſaemum maximum *(quaſi fruteſcens)* bacciferum. Mor.

Violae affinis umbilicato *(ſeu peltato)* folio ſcandens. Br.

[*Circaea lutetiana*, foliis ovalibus (rarius cordatis.) Michaux.]

c. Qui, Quae, Quod.

Dens Leonis *qui* Piloſella folio minus villoſo. T.

Doria *quae* Jacobaea orientalis limonii folio. T. cor. B.

Titanokeratophyton *quod* Lithophyton marinum albicans Geſn. B.

[Nomina ſemet regentia non eumdem caſum habeant. e. g.

Hypoxis hygrometrica, foliis tectis pilis hygrometricis. Billard.

Calycibus corollis aequalibus l. calycibus corollas aequantibus.

Centrolepis faſcicularis, foliis brevioribus ſcapis l. ſcapis folia ſuperantibus.

Ut hoc vitetur, mutatur ſaepe pluralis in ſingularem:

Piper excavatum, ſpicis folio brevioribus. Ruiz et Pavon.

Saxifraga oppoſitifolia, ſtaminibus et piſtillis corolla brevioribus. Lapeyrouſ.

IX. VARIETATES.

06. Nomini Generico (VII.) et Specifico (VIII.) etiam varians, ſi quod (158), addi poteſt.

Varietates ſunt plantae ejusdem ſpeciei, mutatae a cauſſa quacunque occaſionali.

Uſus varietatum in Oeconomia, Culina, Medicina neceſſariam reddidit earum cognitionem in vita communi; ad Botanicos ceteroquin non ſpectant varietates, niſi quatenus Botanici curam gerant, ne Species multiplicentur aut confundantur.

Evidentiores varietates, ob uſum publicum, ad finem differentiae inſerat Botanicus, ubi neceſſe eſt.

07. Nomina Generica, Specifica et Variantia literis diverſae magnitudinis ſcribenda ſunt.

Nomen *Genericum* pingatur literis majoribus Romanis.

Specificum literis mediocribus et vulgatiſſimis.

Varians autem literis minoribus currentibus vulgo dictis.

Fiat hoc ut Varietas diſtinctiſſima tradatur a Differentia.

CONVALLARIA ſcapo nudo; *corolla plena.*

CONVALLARIA ſcapo nudo; *corolla rubra.*

SAXIFRAGA alpina ericoides; *flore purpuraſcente.*
SAXIFRAGA alpina ericoides; *flore caeruleo.*
PENTAPHYLLOIDES paluſtre rubrum; *craſſis et villoſis foliis.*

308. Sexus (149) Varietates naturales conſtituit; reliquae omnes monſtroſae ſunt.

Dioicae plantae conſtituunt unicum modum varietatum vere naturalem, in *Mares et Feminas* diſtinctum, quas noſſe et differentiis addere Botanicis perquam neceſſarium eſt.

Veteres, ignari fundamenti foecundationis plantarum, *Mares pro Feminis, et Feminas pro Maribus* aſſumſere, quod ſedulo vitandum, e. gr.

Mercurialis *mas.* T.
Cannabis *mas.* I. B. } ſunt *feminae.*
Lupulus *mas.* T.

309. Varietates monſtroſas (308) conſtituunt *Flores* mutilati (119), multiplicati (120), pleni (121), proliferi (222); *Herbae* luxuriantes, faſciatae, plicatae, mutilatae: in numero, figura, proportione et ſitu partium omnium, nec non ſaepius Color, Odor, Sapor et Tempus.

Modi primarii varietatum ſunt ſequentes:
Corollae *Mutilatio* §. 119. 184.
Multiplicatio §. 120. 126. 127. *Impletio* §. 121. 125. *Prolificatio* §. 123. 124.
Caulis *Luxuriatio Faſciculata* §. 274. *Plicata* §. 274.
Foliorum *Luxuriatio Criſpa* §. 311. *Bullata* §. 311.
Herbae *Color* §. 266. *Odor* §. 267. *Sapor* §. 268. *Magnitudo* §. 260. *Tempus* §. 265. 273.

Coloratio foliorum.

Buxus *foliis per limbum aureis* T.
Aquifolium *ſpinis et limbis argenteis.* T.
Alaternus *foliis ex luteo variegatis.* H. R. B.
Salvia *foliis ex viridi et luteo variegatis.* H. R. B.
Aloë ſobolifera *foliis eleganter variegatis.* Herm. prodr.
Caprifolium perfoliatum, *foliis ſinuoſis et variegatis.* T.
Urtica urens minor *foliis ex viridi et rubro eleganter variegatis.* Rudb.
Gramen paniculatum aquaticum, phalaridis ſemine, *folio variegato.* T.

310. Varietates leviſſimas non curat Botanicus (7).

Anthophili, nimia induſtria et aſſidua inſpectione, in corollis florum ea miracula obſervarunt, quae inexercitatus oculus nequit perſpicere; Objectum horum ſunt flores pulcherrimi *Tulipae, Hyacinthi, Pulſatillae, Ranunculi, Dianthi, Primulae.* Occultas varietates harum nominarunt vocabulis ſtuporem excitantibus; hi propriam ſcientiam florum colunt, adeptis ſolis manifeſtam; caſtra itaque eorum nullus ſanus Botanicus intret.

Phoebus — *Triumphus Florae.*
Apollo — *Pompa Florae.*
Aſtraea — *Splendor Aſiae.*
Daedalus — *Corona Europae.*
Cupido — *Gemma Hollandiae.*
Aurora — *Sponſa Amſtelodami.*
Gratioſa
Pretioſa.

Alexander Magnus.
Carolus Duodecimus.
Julius Caeſar.
Imperator Auguſtus.
Tartar Cham.

Hortulanorum vulgus Pomiferis et Drupiferis nomina varietatum impoſuere, nec definita nec definienda et numero paene infinita.

Poma *Paradiſiaca*	Pyra *Falerna*
Praſomila	*Favonia*
Rubelliana	*Boni Chriſtiani*
Borſtorphiana	*Cruſtamina*
Appiana	*Picena*
Melimela	*Libraria.*

Fungorum ordo in opprobrium artis etiamnum Chaos eſt, neſcientibus Botanicis in his quid Species, quid Varietas ſit. [Veritas ad hunc usque diem inconcuſſa!]

311. Foliorum luxuriatio in Oppoſitione et Compoſitione facillime accidit. Crispa et Bullata folia omnia monſtroſa ſunt.

Opposita folia ſaepe evadunt terna ſeu quaterna et tum ex caule quadrangulari ſit caulis polygonus.

Lyſimachia lut. major, *foliis ternis.* T.
Lyſimachia lut. major, *foliis quaternis* T.
Lyſimachia lut. major, *foliis quinis* T.
Anagallis caerulea, foliis binis *terniſve ex adverſo naſcentibus.* Raj.
Anagallis phoenicea, foliis amplior. *ex adverſo quaternis.* T.
Salicaria *trifolia, caule hexagono.* T.

Digitata folia ſaepe addunt unum alterumve foliolum.

Trifolium *quadrifolium* hortenſe album C. B.

Crispis foliis plantae ſunt omnes monſtroſae varietates, uti Corollae plenae in floribus, adeoque plantae his foliis inſtructae nullae naturales, ſed omnes aliam pro matre agnoſcunt.

Malva *criſpa.*
Lactuca *criſpa.*
Rumex *criſpus.*
Mentha *criſpa.*
Ocimum *criſpum.* Thunb.
Odor in *Tanaceto*, *Mentha*, *Ocimo*, *Ma-*

tricaria augetur cum criſpatura, quod ſingulare.

Bullata folia §. 374. fiunt plerumque ex rugoſis aucta et multiplicata, adeoque elevata, ſubſtantia folii intra ejusdem vaſa:

Ocimum foliis *bullatis*. C. B.

Braſſica *undulata*. Renealm.

Lactuca capitata, *foliis magis rugoſis*. B.

Lactuca capitata major, *foliis rugoſis et contortis*. B.

Lactuca capitata omnium maxima, *verrucoſa*. B.

Saponaria officinalis β. quae Moriſonio concava anglicana et Gerardo Gentiana concava dicitur, ſingulari modo bullatum folium conſtituit deficientibus rugis, coarctato enim margine concava evadunt folia cochlearis inſtar.

Tenuifoliae Plantae interdum naſcuntur ex latifoliis, ſed minus frequens eſt haec varietas.

Lycopus europaeus, *foliis in profundas lacinias inciſis*.

Braſſica *oleracea, ſeleniſia*.

Sambucus *nigra laciniato folio*.

Sonchus *oleraceus aſper*.

Valeriana officinalis, *foliis anguſtioribus*: *Phu minus Trago et Camerario dicta*.

[Rarior caſus, ubi e tenuifoliis latifoliae naſcuntur: e.g. Veronica ſcutellata, foliis ovato-lanceolatis. Web. Holſat.]

312. Morboſas plantas, vel etiam aetates in Nominibus varietatum aſſumere, ſaepius ſuperfluum eſt.

Morboſae plantae a Botanicis receptae variae ſunt, prout earum morbi.

[Eſula degener Riv. eſt Euphorbia Cypariſſias Aecidio obſeſſa et ideo ſterilis.]

[Hieracium myophoron Heucheri eſt Hypochoeris maculata tuberibus, inſectorum nidis, obſita.]

Nidus inſectorum cauſſatus ab inſectis, quae ova depoſuere in plantis, unde excreſcentiae variae.

Gallae *Quercus*, *Glechomae*, *Ciſti*, *Populi tremulae*, *Salicum*. [Cf. de Salicum roſis: *Albrecht* in act. nat. cur. vol. 9. p. 187. *Schröter* in Berl. Samml. 2. p. 407. ſ. De aliis monſtris: *Guettard* memoires, vol. 5. p. 1. ſ. *Daubenton* in mem. de l'agricult. 1786. p. 64.]

Bedeguar *Roſae*.

Folliculi *Piſtaciae*, *Populi nigrae*.

Contorſiones *Ceraſtii*, *Veronicae*, *Loti*.

Inſecta ſaepe cauſſant plenitudines et prolificationes florum.

Matricaria Chamomilla ab inſectis minimis fit prolifera.

Carduus criſpus cura inſectorum gerit floſculos majores, griſeos plenos vel potius prolifero-frondoſos, piſtillis in folia enaſcentibus.

313. Color facillime variat, praeſertim ex coeruleo rubrove in album.

Colores imprimis ſequentes a Botanicis numerantur.

Hyalinus, *Aqueus*, *Vitreus*, [*Cryſtallinus*.]
Albus, *Lacteus*, *Niveus*, [*Candidus*.]
Sordidus.
Cinereus, *Incanus*, *Lividus*, *Plumbeus*, [*Murinus*, *Griſeus*, *Nebuloſus*.]
Niger, *Pullus*.
Ater, *Piceus*.
Fuscus, [*Luridus*, *Brunneus*, *Badius*, *Aeneus*, *Fuligineus*, *Umbrinus*.]
Luteus, [*Citrinus*, *Aureus*, *Vitellinus*.]
Flavus, *Sulphureus*, [*Alutaceus*, *Helvolus*, *Cerinus*.]
Fulvus, *Croceus*, *Flammeus*, [*Cinnamomeus*, *Miniatus*.]
Gilvus, *Teſtaceus*, *Ferrugineus*, [*Vacci-*

nus, Ochraceus, Argillaceus, Cervinus.]

Ruber, *Sanguineus*, [*Xerampelinus, Spadiceus.*]

Incarnatus, [*Pallidus, Lateritius.*]

Coccineus, *Puniceus,* [*Roſeus, Cinnabarinus.*]

[Rutilus, *Rufus, Rubiginoſus.*]

Purpureus, *Phoeniceus.*

Violaceus, *Caeruleo-Purpureus.*

Coeruleus, [*Caeſius, Azureus.*]

Viridis, *Praſinus,* [*Aeruginoſus, Chalybeus, Beryllus,* (Viridi-Caeſius) *Glaucus, Olivaceus.*]

Plantarum Colores varii, variis partibus magis proprii ſunt:

Niger frequenter in *Radice*, ſaepe in *ſeminibus,* rarius in *Pericarpio,* rariſſime in corolla. [Pelargonium melananthon].

Viridis proprius *Herbae* et *Calyci*; rariſſimus in Corolla. [Erica Sebana viridis. Ixia ſpicata, viridi-nigra. *Andrews.*]

Hyalinus frequens in *Filamentis* et *Piſtillo.*

Luteus frequens in *Antheris,* nec infrequens in *Corollis* praeſertim *autumnalibus*, et *Semifloſculoſis.*

Albus frequens in *Corollis vernalibus* et *Baccis dulcibus.*

Ruber frequens in *floribus aeſtivis,* et *baccis* in umbra natis acidisque.

Coeruleus nec infrequens in floribus.

Florum colores ſaepius mutantur.

Ruber *in* album:

Erica, Serpyllum, Betonica, Galeopſis, Pedicularis.

Dianthus, Silene, Cucubalus, Agroſtemma Coronaria.

Trifolium, Orchis, Digitalis.

Carduus, Serratula, Gnaphalium.

Roſa, Papaver.

Fumaria, Geranium.

Coeruleus *in* album:

Campanula, Polemonium, Convolvulus.
Hepatica, Aquilegia, Viola.
Vicia, Galega, Polygala.
Echium, Anchuſa, Symphytum, Borrago.
Hyſſopus, Dracocephalum, Scutellaria.
Scabioſa, Jaſione, Cyanus, Cichorium.

Luteus *in* album:

Melilotus, Agrimonia, Verbascum.
Tulipa, Blattaria, Alcea.
Chryſanthemum.

Albus *in* Purpureum.

Oxalis, Datura.
Piſum, Bellis.

Coeruleus *in* Luteum.

Commelina, Crocus.

Ruber *in* Coeruleum.

Anagallis.

Multiplex mutatio.

Aquilegia coerulea in rubrum, album.
Polygala coerulea in rubrum, album.
Hepatica coerulea in rubrum, album.
Cyanus coeruleus in rubrum, album.
Mirabilis rubra in luteum, album.
Impatiens lutea in rubrum, album.
Tulipa lutea in rubrum, album.
Anthyllis lutea in rubrum, album.
Primula rubra in luteum, album.
Cheiranthus luteus in coeruleum, album.
[*Tragopogon mutabilis* Jacqu.
Hibiſcus mutabilis.
Gladiolus verſicolor.
Hedyſarum maculatum.
Medicago falcata.
Ciſtus mutabilis.]

Pericarpia baccata ſunt primum viridia, dein rubra, demum albida; matura etiam variant colores albos, rubros, coeruleos, praeſertim in Pyris, Prunis, Ceraſis.

Solanum guineenſe, fructu nigerrimo. B.
Solanum annuum, baccis luteis. Dill.

Solanum judaicum, baccis aurantiis. Dill.
Rubus vulgaris major, fructu albo. Raj.
Ribes vulgare acidum, albas baccas ferens. J. B.

Semina, rarius licet, colores etiam mutant:
Papaver hortenſe, nigro ſemine. C. B.
hortenſe, ſemine albo. C. B.
Avena vulgaris et alba. C. B.
nigra. C. B.
Phaſeolus vulgaris, fructu violaceo. T.
vulgaris fructu ex rubro et nigro variegato. T.
fructu albo, venis nigris et lituris diſtincto. T.
[*Dolichos Zebra Nocc.*
Vicia leucoſperma Mönch.]
Piſum maximum fructu nigra linea maculata. H. R. P.
hortenſe, flore, fructuque variegato.
Faba ex rubicundo colore purpuraſcente.

Radix rarius colore variat.
Daucus ſativus, radice alba. T.
Daucus ſativus, radice lutea. T.
Daucus ſativus, radice aurantii coloris. T.
Daucus ſativus, radice atro-rubente. T.
Raphanus niger. C. B.

Folia rarius mutant viridem colorem, uti in *Amarantis;* interdum tamen maculas aſſumunt.
[*Polygonum Perſicaria et Hydropiper.*
Hypochoeris maculata.]

Herba tota ſaepe alienum colorem induit.
Atriplex hortenſis rubra.
[*Amaranti, Braſſica* praeprimis.]

314. Locus *aquoſus* folia inferiora, *montoſus* autem ſuperiora ſaepius ſindit.

Difformia folia, ſive folia diverſae figurae, in eadem planta rariora ſunt.
[*Brouſſonetia* papyrifera Venten.
Lepidium perfoliatum.

[illegible] ... inmerfis sed.

[illegible] ... etc.

[illegible] ... integra, [illegible]

[illegible] ... vari- [illegible]

[illegible] ... homico. [illegible] ... haec [illegible]

[illegible]

Amygdala amara, ſuccoſa *Perſica* exſucca, laeviſſimae *Lactucae* ſpinoſae, pulpoſi *Aſparagi* lignoſi, ſapidiſſima *Ceraſa* acidiſſima; Cerealia *Olera* et Fructus evileſcant omnia.

Solum mutat plantas, unde varietates enaſcuntur et, mutato eodem, redeunt:

Buxus *arboreſcens.* C. B. Buxus *humilis* Dod.

317. Varietates diverſas ſub ſua ſpecie colligere, non minoris eſt, quam ſpecies ſub ſuo genere collocare.

Veterum conſtantiam in ſpeciebus diſtincte tradendis vicit Recentiorum ſtudium, numerum plantarum augendi ſub fine praecedentis ſeculi, et infecit ſcientiam varietatum introductione, loco ſpecierum, dum ob notam levidenſem, nova ſpecies crearetur, in detrimentum Botanices; eo usque proceſſit opinio, ut varietates evaderent Species, et Species, Genera: huic Haereſi ſeſe oppoſuit primus Vaillantius, dein Linnaeus, mox Juſſievus, Hallerus, Royenus, Gronovius, aliique non pauci, ne rueret ſcientia.

Pleraeque varietates facillime explicantur et reducuntur, ex collatione notarum variabilium varietatis cum naturali planta; Dantur tamen varietates non paucae, quae et ingenium et experientiam expoſcunt.

[*Veronica alpina.* L.

α. Foliis elliptico-ovatis acutiusculis integerrimis. fl. dan. t. 16.

β. Foliis elliptico-ovatis acutiusculis ſerratis. Fl. lapp. t. 9. f. 4. V. pumila *Allion.* pedem. t. 22. f. 5.

γ. Foliis elliptico-ovatis obtuſis ſubintegerrimis Engl. bot. t. 484. Hall. ſtirp. t. 15. f. 2.

δ. Foliis elliptico-ovatis obtuſis integerrimis. V. integrifolia *Willd.* V. alpina *Krock.* ſil. t. 3.

ε. Foliis ſubintegerrimis, inferioribus ſubrotundis ſuperioribus ovatis.

ζ. Foliis ſerratis, inferioribus ovato-ſubrotundis, ſuperioribus ovatis. V. rotundifolia. *Schrank* ſalisb. t. 1. f. 2.]

[Eximie haec diſpoſuit *Schraderus* (fl. germ. t. 1. p. 25. 26.)

Immenſa varietatum copia a *Lamouroux Fuco polymorpho* tribuitur, quae olim ſpecies diſtinctae habebantur: F. criſpus L. F. ceranoides *Gmel.* F. alveolatus *Eſper.* F. echinatus *Stack.* F. mammilloſus Turn. etc. (Diſſ. ſur pluſieurs eſpèces de Fucus. Agen. 1805. 4.)]

Finem ludentis polymorphae naturae vix attingat Botanicus, qui in varietatibus ſeſe exercere velit.

X. SYNONYMA.

518. Synonyma ſunt diverſa Phytologorum (6) nomina, eidem plantae impoſita, eaque *Generica* (VII), *Specifica* (VIII) et *Variantia* (IX).

Patres §. 9. conveniebant plerumque in plantarum nominibus, genericis ſolum contenti.

Commentatores §. 10. ob defectum Deſcriptionum et Figurarum in Patrum ſcriptis, varie eorum nomina plantis adplicabant.

Deſcriptores §. 11. 12. detectis numeroſioribus plantis, pro arbitrio nomina imponebant.

C. Bauhinus quadraginta annorum labore, in Pinace 1622, Anteceſſorum nomina conjungebat et reduxit ad 6000 Species.

Curioſi §. 14. conquirentes undique novas plantas, reddidere numerum earum duplo auctiorem.

Syſtematici §. 55. in Generum conſtructione olim maxime diſſentientes, ſecundum falſa genera, falſiſſima nomina plantis imponebant.

Legibus differentiarum ſpecificarum non datis, Botanici Differentias partim triviales, partim variabiles, omnes lubricas, ſpeciebus imponebant.

G. *Sherardus*, Anglus, Botanicus inſignis, Bauhinii Pinacem continuate allaboravit, ſed fato praeventus 1728 reliquit opus Dillenio. [Cf. Sprengel. hiſt. rei herb. II. 98.]

Dillenius, Profeſſor Sherardinus Oxonii, continuavit opus Sherardi in annum, quo obiit, 1747.

Sibthorpius, Succeſſor Dillenii, Pinacem Sherardianum et Dillenianum, etiamnum ineditum, ſervavit et ſupplevit.

Hallerus variis in Operibus Synonymiam abſolutam plantarum Helveticarum elaboravit. [Magnopere laudandus *Adanſonius* in ſynonymis caute et uberrime indigitandis.]

Synonymiae abſolutae opus maxime neceſſarium eſt Botanicis:

Unico auctoris nomine detecto, innoteſcunt omnium.

Evolvi ideoque poſſunt Deſcriptiones et Figurae omnes.

Innoteſcunt inde omnia quae beneficio ſeculi innotuere de planta.

Plura nomina non reddant amplius ideam plurium plantarum.

[Qui ſynonyma negligit, opus ſuum fere inutile reddit. Cf. *Batſchii* elenchus fungorum.]

Specierum ſynonyma ad Botanicos praecipue ſpectant; *Varietatum* autem, quae ſaepius ſuperflua, addat qui lubet, ut minuatur ſpecierum falſarum numerus.

319. In Synonymis nomen optimum agmen ducat, quale ſit nomen alius *Selectum* aut Auctoris *proprium*.

Inter Synonyma primum erit Auctoris, ſive hoc proprium, ſive ab alio deſumtum.

Primum Nomen Speciei erit ſelectum, et inter Synonyma praeſtantiſſimum.

Male itaque in fine Synonymorum Auctores nonnulli proprium nomen collocant.

Alſine minor *Fuchſ. Lon. Tab.* minor. *Rudb.* minor multicaulis *C. B.* Morſus gallinae minor *Brunsf.* Spec. 4. *Trag.* ALSINE vulgatiſſima *Noſtra. Brom. chlor.*

Differentias genuinas in nomine receptas alii nominibus ſpecificis vagis et illegitimis poſtponunt:

Veronica mas ſupina vulgatiſſima: *C. B. Seguier. veron.* 1. *p.* 233. *Berg. viadr.* 76. *Ludolf. berol.* 212. Veronica ſupina vulgaris. *Moriſ.* Veronica mas ſerpens. *Dod.* VERONICA caule repente, ſcapis ſpicatis foliis ovatis ſtrigoſis. *Lin. cliff.* 8. VERONICA, foliis ſiccis ovatis ſerratis, caule procumbente, ex alis ramoſa. *Haller. helv.* 530.

320. Synonyma eadem conjungantur.

Dupliciter Synonyma proponuntur, vel deſcendendo ab antiquiſſimis ad nova vel aſcendendo a novis ad priſca.

Deſcendendo Inventoris nomen aciem ducat, ubi Synonyma ſecundum *Chronologiam* proponuntur; quam qui elaborare ſtudet, retro ut incedat neceſſe eſt: vide Hallerum, Dillenium.

Aſcendendo nomina proponunt, qui incipiunt a nominibus genericis recentioribus, deſinentes in antiquiſſima, quod mihi ſaepius receptum.

Adſcendentia.	Deſcendentia.
LIMOSELLA. *Fl. lapp.* 249. *Fl. ſu.* 521. *Hall. helv.* 609. *Wachend. ultraj.* 144. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 195. *Dalib. pariſ.* 193.	LIMOSELLA. *Fl. lapp.* 249. *Fl. ſu.* 521. *Hall. helv.* 609. *Wachend. ultraj.* 144. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 195. *Dalib. pariſ.* 193.

Limoſella annua. *Lind. alſat.* 156. *t.* 1.
Menyanthoides vulgaris. *Vaill. par.* 126. *Fabreg. V. p.* 91.
Plantaginella. *Rupp. jen.* 18. *Dill. gen.* 113. *Buxb. act.* 3. *p.* 271.
Plantaginella paluſtris. *Bauh. pin.* 190. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 605. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 1. *Raj. angl.* 237. *hiſt.* 1077. *ſyn.* 3. *p.* 278. *Mapp. alſat.* 242.
Plantago aquatica minima. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 110. *Park. theatr.* 1244. *Merret. pin.* 95. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 45.
Spergula perpuſilla, lanceolatis foliis. *Loeſ. pruſſ.* 261. *t.* 81.
Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floribus albis perexiguis. *Pluk. alm.* 20. *t.* 74. *f.* 4. *Volk. norib.* 22.
Alſine paluſtris exigua, foliis lanceolatis plantaginellae aquaticae inſtar, floſculis albis vix conſpicuis. *Mentz. pug.* 2. *t.* 7. *f.* 6. *Comm. holl.* 8. *Raj. ſupplem.* 498. *Tourneſ. pariſ.* 381.
Ranunculus paluſtris minimus plantaginis folio. *Herm. lugdb.* 517.

Plantago aquatica minima. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 110. *Park. theatr.* 1244. *Merret. pin.* 95. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 45.
Plantaginella paluſtris. *Bauh. pin.* 190. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 605. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 1. *Raj. angl.* 237. *hiſt.* 1077. *ſyn.* 3. *p.* 278. *Mapp. alſat.* 242.
Spergula perpuſilla, lanceolatis foliis. *Loeſ. pruſſ.* 261. *t.* 81.
Alſine paluſtris exigua, foliis lanceolatis plantaginellae aquaticae inſtar, floſculis albis vix conſpicuis. *Mentz. pug.* 2. *t.* 7. *f.* 6. *Comm. holl.* 8. *Raj. ſupplem.* 498. *Tourneſ. pariſ.* 381.
Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floribus albis perexiguis. *Pluk. alm.* 20. *t.* 74. *f.* 4. *Volk. norib.* 22.
Ranunculus paluſtris minimus, plantaginis folio. *Herm. lugdb.* 517.
Plantaginella. *Rupp. jen.* 18. *Dill. gen.* 113. *Buxb. act.* 3. *p.* 271.
Menyanthoides vulgaris. *Vaill. pariſ.* 126. *Fabregou V. p.* 91.
Limoſella annua. *Lind. alſat.* 156. *t.* 1.

321. Synonyma ſingula novam ordiantur lineam.

Methodo quintuplici ſolent Synonyma ab Auctoribus recitari.

a. Synonyma ſecundum genera.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugdb.* 86.
Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292.
Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297.
Ptarmica virginiana, ſcabioſae auſtriacae foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. *et t.* 219. *f.* 1.
Pſeudo-Coſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana flore albo. *Raj. hiſt.* 363.
Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

b. Synonyma per Lineas innovatas.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugd.* 86.
Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292.
Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297.
- - - - - - ſcabioſae auſtriacae foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. *et t.* 219. *f.* 1.
Pſeudo-Coſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363.
Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

c. Synonyma per ſeriem continuatam.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugdb.* 86. Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292. Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297. Ptarmica virginiana, ſcabioſae auſtriacae foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308 *t.* 53. *f.* 3. *et t.* 219. *f.* 1. Pſeudo-Coſtus virginiana ſ. Anony-

mos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363. Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

d. Synonyma per excluſionem nominis generici inſequentis.

Parthenium foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugdb.* 86. Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292. Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297. Virginiana, ſcabioſae auſtriacae foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. *et t.* 219 *f.* 1. Pſeudo Coſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363. Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana, folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

e. Synonyma per abbreviationem cum parentheſi.

Parthenium foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 15. *Roy. lugd.* 86. Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292. Dracunculus latifolius (ſ. Ptarmica virginiana (ſcabioſae auſtriacae foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. *et t.* 219. *f.* 1.) folio helenii. *Moriſ. bleſ.* 297.) *hiſt.* 3. *p.* 41. Pſeudo Coſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363.

Recepta eſt *(a)* a Linaeo, *(b)* a Mentzel. lex.; *(c)* a plerisque; *(d)* a Dill. giſſ.; *(e)* a Brom. chlor.

312. In Synonymis *Auctor* et *Pagina* ubique ad finem indicanda ſunt.

Citatio operis in nominibus plantarum conſtabit genere et differentia ſ. *Auctore* et *libro.*

Auctoris nomen ſolum non ſufficit, cum idem auctor ſaepius plura ſcripta evulgavit; Fuere etiam ſaepius duo vel plures ejusdem nominis vel in poſterum poſſent plures prodire eodem nomine inclareſcentes. Sic dudum innotuere duo ejusdem nominis:

Geſneri.	*Ammanni.*	*Commelini.*
Bauhini.	[*Burmanni.*]	*Magnolii.*
Camerarii.	*Volkamerii.*	*Triumfetti.*
Hermanni.	[*Forſteri.*]	*Montii.*
Juſſievi.	*Cordii.*	*Besleri.*
Scheuchzeri.	*Rudbeckii.*	*Hoffmanni.*

Opus ſolum pro citatione non ſufficit, cum plurima vel prodiere dudum, vel prodibunt in poſterum, ſub eodem nomine, quae anſam confuſionis praebent futuris ſeculis, niſi Auctor addatur.

Hort. lugdb.	Hort. Patav.	Flor. Pariſin.
Vorſtii	*Cortuſi*	*Cornuti*
Pavii	*Guilandini*	*Tournefortii*
Schüylii	*Schenckii*	*Vaillantii*
Hermanni	*Veslingii*	*Fabregovii*
Boerhaavii	*Marcelli*	*Dalibardi*
Royeni	*Turrei*	[*Thuillerii.*]

Proprii Auctores ſolent exludere proprium nomen et tantum operis mentionem injicere, vel, quod minus placet, etiam tantum ejusdem literas initiales; hoc ab aliis non erit imitandum:

(Dill.)	*Catal. Giſſ.*	vel C. G.
	Hort. Eltham.	- - H. E.
	Hiſt. Muſcor.	- - H. M.

Compendioſiſſime et unico vocabulo nominetur opus, cujus litera initialis erit parva, Auctoris vero majuscula, ne citatio evadat diffuſior, tamen evidens.

Pagina addatur ultimo, ut facilius evolvatur planta.

323. In completa Synonymorum cohorte *Inventorem* aut *Deſcriptorem* Aſteriſco notare placet.

Difficile hoc fit antequam nova Synonymia et abſoluta prodeat.

Multum lucis adferret ejusmodi nota in Chronologia plantarum, ne quaeratur apud antiquos a

recentioribus detecta planta, praeſertim ſi Synonyma collocentur ſecundum genera (§. 321.)

324. Nomina Regionum vernacula vel excludenda vel ad Finem Synonymorum collocanda ſunt.

Nomina cujusvis loci vernacula in Floris ſpecialibus multum lucis accendunt, non modo ut facilius ab incolis addiſcantur plantae, ſed et ut ex vulgi nomine, ſaepius ingenioſo, natura plantae innotescat.

Barbara nomina ad finem Synonymorum collocentur, uti RHEEDI *Malabarica*, HERMANNI *Zeylanenſia*, KAEMPFERI *Japonica*, HERNANDI *Mexicana*, MARCGRAVII *Braſilienſia*, RUMPFII *Amboinenſia*, [LOUREIRII *Cochinchinenſia*.]

[Omittenda tamen ſynonyma, quae nihil docent, maxime vero florae ſemet invicem exſcribentes. Cf. *Honckeny* ſynopſis plant. Germaniae. Berol. 1792. et *Bridel* muscologia recentiorum, quae nimia ſynonymorum copia abundant. Exempla imitatione digna σωφροσύνης et ἀκριβείας laudabilis ſiſtunt *Smithius* in flor. britann. et *Schraderus* in flor. germ.

Taxanda eſt deſidia eorum, qui ſynonyma nunquam viſa exſcribunt: quod recentioribus quibusdam vitio vertendum. e. g.

Caryocar butyroſum.

Caſtanea peruviana. *Cluſ.* exot. 129. l. *Cluſ.* hiſt. t. 1. p. 8. 9. J. *Bauh.* hiſt. I. P. 2. p. 129.

aut qui repetunt idem ſynonymon ad plures plantas: e. g. Aſter conyzoides indiae orientalis *Plukn.* alm. 149. f. 4. repetitur ad Aſterem indicum; Inulam indicam et J. arabicam.

Nux americana foliis alatis biſidis *Commel.* hort. 1. t. 94. repetitur ad Melicoccam bijugam et Sapindum Saponariam.]

XI. ADUMBRATIONES.

325. Adumbrationes Hiſtoriam plantae continent, uti *Nomina* (VII), *Etymologias* (234-242), *Claſſes* (II), *Characteres* (VI), *Differentias* (VIII), *Varietates* (IX), *Synonyma* (X), *Deſcriptiones* (326), *Icones* (332), *Loca* (334), *Tempora* (335).

Methodus demonſtrandi propoſita in *Syſt. Nat.* 6. p. 222. ſiſtit ordinem, ſecundum quem plantae hiſtoria concinnari debet.

Continebit Adumbratio omnia, quae ad *Hiſtoriam plantae* pertinent, uti ejusdem Nomina, Signa, Faciem, Naturam et Uſum.

326. Descriptio (325) eſt totius plantae character naturalis, qui deſcribit omnes ejusdem partes externas (80. 81. 82. 83. 84. 85. 86.)

Perfecta Deſcriptio non adquiescat more recepto in *Radice*, *Caule*, *Foliis*, et *Fructificatione*, ſed etiam probe obſervabit *Petiolos*, *Pedunculos*, *Stipulas*, *Bracteas*, *Glandulas*, *Pilos*, *Gemmas*, *Foliationem* et *Habitum* omnem.

Ricinus foliis peltatis ſerratis, petiolis glanduliferis *Hort. cliff.* 450.

Radix *ramoſa*, *fibroſa*.

Caulis *erectus*, *teres*, *viridis*, *articulatus*, *inanis*, *laevis*: *ſtriis ſparſis longitudinalibus*, *ſuperne flexuoſus*, *altus orgyam unam alteramve*.

Rami *ſolitarii*, *ex axillis ſuperioribus foliorum*, *cauli ſimiles*, *altiores*: ex infe-

rioribus axillis *breviores*, *vel marceſcentes*, *vel ſeriores* Rami.

Folia *alterna*, *peltata*, *novemlobata*: *Lobis exterioribus majoribus*, *magis angulatis*; *Nervis totidem ab umbilico ad loborum apices excurrentibus*; *obtuſiuscule inaequaliter ſerrata*, *reticulato-venoſa*, *utrinque laevia*, *ſupra glabra*, *disco extrorſum verſa*.

Haec *ante explicationem plicata*, *ſerraturis glanduloſis*.

Petioli *teretes*, *laeves*, *patentes*, *ſeſſiles*, *filiformes*, *longitudine foliorum*, *patentes*.

Glandula *ſupra baſin petioli*: *latere ſuperiori*, *obtuſa*, *ſolitaria*.

Glandulae *binae peltatae*, *in apice petioli*: *latere ſuperiori*.

Glandulae *duae oppoſitae*, *ad baſin petioli*, *in caule*.

Stipula *petiolo oppoſita*, *membranacea*, *glabra*, *ſolitaria*, *caulem ambiens ad petiolum usque*, *concava*, *acuta*, *decidua*.

Pedunculus *ramos terminans*, *e regione petioli inter ramum et ſtipulam*, *erectus*, *nudus*, *adſperſus Umbellulis alternis*, *ſeſſilibus*.

Involucrum *umbellulae triphyllum*, *membranaceum*, *minimum*, *inaequale*, *marceſcens*.

Umbellulae *inferiores multiflorae*, *maſculae*; *ſuperiores pauciores*, *uniflorae*, *femineae*.

Pedicelli *alternatim excreſcentes deflorentesque*.

Flores *Maſculi pedicellis longioribus inſidentes*.

Maſculi. Calycis Perianthium *monophyllum*, *quinquepartitum*: *laciniis ovatis*, *concavis*. Corolla *nulla*. Staminum Filamenta *varia*, *filiformia*, *ramoſa*

et ſubramoſa, calyce longiora. Antherae *ſubrotundae, didymae.*

Feminei. Calycis Perianthium *monophyllum, tripartitum, deciduum: laciniis ovatis, concavis.* Corolla *nulla.* Piſtilli Germen *ovatum, tectum ſpinis ſubulatis, inermibus.* Styli *tres, bipartiti, erecto-patentes, ſubulati, hiſpidi, purpuraſcentes.* Stigmata *ſimplicia.* Capſula *ſubrotunda, triſulca, obſolete triangularis, undique aculeata, trilocularis, trifariam dehiſcens, elaſtica.* Semina *ſolitaria, ſubovata, maculis inaequalibus.*

327. Deſcriptio (326) compendioſiſſime, tamen perfecte, terminis tantum artis, ſi ſufficientes ſint, partes depingat ſecundum *Numerum, Figuram, Proportionem, Situm.*

Character Naturalis ſpeciei eodem modo, quo generis (167), confici debet, ſed admittat notas plures accidentales, quam Generis character.

Notae characteriſticae Deſcriptionis primariae ſemper obſervandae in omni parte plantae; ſunt *a) Numerus, b) Figura, c) Proportio, d) Situs.*

PHARNACEUM glabrum, pedunculis folia aequantibus. Alſine *Amm. ruth.* 84.

Radix *a. unica. b. filiformis, ſubramoſa. c. albida. d. perpendicularis.*

Caules *a. plures, b. filiformes, teretes, glabri, geniculati: articulis nudis, c. digitales, d. erectiuſculi, demum procumbentes, e. incarnato-colorati, pellucidi.*

Rami *a. rariſſimi, b. facie caulis, c. caule altiores, d. ad genicula enati.*

Folia radicalia *a. numeroſa, b. linearia, integerrima, avenia, ſucculenta, ſubtus convexa,*

margine obtuſiuſcula, apice ſubacuminata, c. longitudine ſaepius articulorum caulis, d. inferiora ſenſim breviora.

Caulina folia *d. verticillata, a. terna, quaterna, plurave, b. radicalibus ſimillima, figura et c. magnitudine.*

Pedunculi *a. ſolitarii, rarius bini, b. filiformes, c. articulis paullo breviores, anguſtioresque, d. e geniculo inter folia enati, deſinentes apice Pedicellis a. duobus tribusve, b. capillaribus, nudis, apice unifloris c. inaequaliter prodeuntibus, florentibusque, d. baſi articulatis, abſolutaque floreſcentia dependentibus.*

Bracteae *a. numero pedunculorum, b. ovatae, c. minimae, d. ad baſin pedunculi communis et partialium.*

Florum *Calyx.* Perianthium *a. pentaphyllum: b. foliolis ſubovatis, concavis, c. aequalibus, d. baſi laviſſime unitis.* Corolla *nulla vel calyce unita (cum Perianthium ſub floreſcentia margine et interiori latere niveum).* Staminum filamenta *a. quinque, b. ſubulata, c. longitudine calycis, d. receptaculo inſerta.* Antherae *a. ſolitariae, b. baſi bifidae, c. breviſſimae, d. diviſura annexae.* Piſtilli Germen *a. unicum, b. ovatum, trigonum. c. breviſſimum.* Styli *a. tres, b. filiformes, c. longitudine ſtaminum.* Stigmata *b. obtuſa.* Pericarpii Capſula *b. ovata, obſolete trigona, c. longitudine calycis, d. calyce tecta, trilocularis, trivalvis.* Semina *a. numeroſa, b. orbiculata, depreſſa, margine acuto cincta, nitida, c. parva, d. columellae affixa.*

328. Deſcriptio ordinem naſcendi ſequatur.

Ordo Deſcriptionis ſecundum ordinem partium plantae incedat.

Latitudinem interdum admittit haec regula, ſed non omnimodam.

Male primum cirrhi, dein *pedunculi*, tum *glandulae*, demum *folia*, tandem *caulis*, ultimo *petioli* promiſcue proponerentur.

Praeſtat naturam ſequi a *Radice* ad *Caulem*, *Petioles*, *Folia*, *Pedunculos*, *Flores*.

TILIA. *Hort. cliff.* 204.

Radix: Caudex *deſcendens*, *divaricatus*, *ramoſiſſimus*, *teres*, *flexuoſus*, *epidermide decidua*: Radiculis *capillaribus*, *flexuoſis*, *ſubramoſis*.

Caudex adſcendens *arboreus*, *teres*, *ramoſiſſimus*: cortice *craſſo*, *poroſo*, *tectus* Epidermide *in antiquo ſtriato-rimoſa*, *in tenello laevi*, *glabra*: ramis praecedentis anni inſtructis gemmis alternis.

Gemmae *ovatae*, *prominentes*, *conſtructae Squamis duabus*, *alternis*, *oblongo-ovatis*, *obtuſis*, *convolutis*, *ſubcarnoſis*, *ſtipulaceis*.

Stipulae *gemmaceae oppoſitae*, *ovatae*, *glabrae*, *integerrimae*, *concavae*, *involventes folia et caulem*.

Caulis *ſimpliciſſimus*, *teres*, *ſubflexuoſus a folio ad folium*, *decumbenti-patens*, *laevis*, *adſperſus punctis aliquot vagis obſoletis*.

Folia tenella *conduplicata*, *ſecunda*, *rugoſa*, *villoſa undique*; adulta *cordata*, *nervoſa*, *venoſa*, *inaequaliter ſerrata*, *acuta*, *ſupra glabra*, *pilis vix conſpicuis adſperſa*, *ſubtus in axillis vaſorum majorum barbata*.

Petioli *teretiuſculi*, *laeves*, *folio breviores*, *fere diſtiche prodeuntes*, *interjectis ſpatiis folio brevioribus*.

Pedunculi *ſolitarii*, *petiolo laterales*, *longiores*, *filiformes*, *apice trifidi*: *lateralibus trifidis*, *extremitatibus unifloris*; Floſculi *adeoque ſeptem*, *altitudine aequales*.

Bractea *lanceolata*, *obtuſiuſcula*, *albo-colorata*, *integerrima*, *longitudine pedunculi*, *a baſi ad medium longitudinis pedunculo unita*.

Floris Perianthium *quinquepartitum*, *concavum*, *colorato-flaveſcens*, *magnitudine ferme corollae*, *deciduum*. Corollae Petala *quinque*,

oblonga, obtuſa, apice crenata, flavo-albicantia. Staminum Filamenta *plurima: triginta vel quadraginta, ſetacea, receptaculo inſerta, longitudine corollae.* Antherae *ſubrotundae.* Piſtilli Germen *ſubgloboſum, hirſutum.* Stylus *cylindricus, altitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum, pentagonum.* Pericarpium *coriaceum, globoſum, quinqueloculare, quinquevalve, baſi dehiſcens.* Semina *ſolitaria, ſubrotunda.*

Cotyledones *quinquefidi, extremis et media longioribus.* I. B.

329. Deſcriptio diſtinctas partes plantarum in diſtinctis paragraphis tradat.

Partes plantarum in deſcriptione aeque diſtinctae evadant ac in ipſa planta.

Majuſculis literis pingantur omnes Partes plantae, at partium partes minuſculis, et a vulgaribus diverſis.

Uſus inde elucet, quod non modo partes a Lectore facilius reperiantur, ſed et quod omiſſa facilius in deſcriptione. perſpiciantur.

Taediofius nihil deſcriptione ampliſſima, quam nec paragraphi, nec majuſculae literae, ſecundum partes plantae, diſtinguunt.

PASSIFLORA foliis trilobis cordatis piloſis, involucris multifido-capillaribus. *Amoen. academ.* 228.

Radix *fibroſa, annua.*

Caulis *teres, plus quam humanae altitudinis, debilis: Pilis patentiſſimis, inaequalibus, albis adſperſus.* Rami ſupra *axillas ſpatio remoti, caulem ſtructura imitantes.*

Folia *alterna, remota ſpatiis longitudine foliorum, cordata, obſolete triloba, baſi quinquenervia, venoſa: venis diaphanis, integerrima, obſcure ciliata: Setis glanduliferis; Pilis erectis albis, utrinque adſperſa; ante explicationem tri-plicata.*

Petioli *teretes, ſimiliter piloſi, patentes, folio dimidio breviores, ſupra parum planiuſculi; glandulis ſubulatis, alternis, erectis, longitudinaliter diſpoſitis in ſupina parte.*

Stipulae *lunares, amplexantes caulem, perſiſtentes, nudae ciliatae:* glandulis *ſubulatis, longitudine ſtipularum.*

Cirrhi *filiformes, patentes, axillares, piloſi, ſupra medietatem ſpiraliter convoluti et revoluti, foliis longiores.*

Pedunculi *axillares, cirrho laterales, ſolitarii, erecti, teretes, petiolo breviores; piloſi, terminati involucro.*

Involucrum *triphyllum, lineare, pinnatifidum, piloſum, ciliatum glandulis ſubulatis, perſiſtens, uniflorum.*

Flos *ſeſſilis, calyce pentaphyllo, piloſo, mucronato* etc.

330. Deſcriptio juſto longior aut brevior, utraque mala eſt.

Longa nimis evadit deſcriptio, cum Color viridis in Herba, Menſura partium, et ſimilia, facillime variantia, diffuſa oratione proponuntur.

Breviores juſto evadunt Deſcriptiones, cum excluduntur notae ſingulares, et partes eſſentiales Herbae, licet minimae, uti Stipulae, Bracteae, Glandulae, Pili et ſimilia.

Lini deſcriptio ſit exempli loco.

A. Breviſſima et imperfecta *Dodonaei*:

Radices *exiles.* Culmi *ſeu virgae tenues, rotundae.* Folia *oblonga, anguſta, acuminata.* Flores *in ſummis virgis, ſpecioſi, caerulei.* Vaſcula *parva, rotunda, orbiculata.* Semen *aliquatenus oblongum, laeve, glabrum, ſplendens, ex fulvo-punicans.*

B. Longiſſima ſuperflua et inanis.

Radices *anguſtae, ſubdiviſae, intra terram reconditae.*

Caules *erecti, rotundi, virides, bipedales vel tripedales, ramoſi:* Ramis *caule dimidio brevioribus.*

Folia *anguſta, viridia, acuta, plurima, uncialia, ad angulum acutum a caule diſcedentia, baſi affixa, non tomentoſa, aut villoſa; ſuperiora folia tantum ſemiuncialia ſunt et quatuor lineas lata; inferiora tres lineas lata, at ſuprema vix duas lineas adtingunt in latitudine.* Pedunculi *ſimplices, unciales vel ſesquiunciales, craſſitie vix dimidiae lineae.* Flores *in ſummitatibus ramorum, ampli, patentes* etc. ut pag. 218.

C. Naturalis et legitima deſcriptio:

Radix *ſimplex, perpendicularis, flexuoſa, pallida:* radiculis *lateralibus capillaribus.*

Caulis *ſimplex, perpendicularis, teres, filiformis.*

Folia *alterna, ſeſſilia, lanceolata, obſolete trinervia, acuminata, erectiuſcula, utrinque glabra: ſubaxillaria paullo majora.*

Rami *ex axillis foliorum ſummorum, erecti, foliis minoribus inſtructi;* rudimenta *ramorum marceſcentia ex axillis foliorum inferiorum.*

Pedunculi *foliis oppoſiti, eisque longiores, filiformes, nudi, terminati* Fructificatione *ſolitaria, in generibus deſcripta.*

Cotyledones *quaſi quatuor, cruciatim oppoſitae, quarum duae inferiores ſubovatae, ſuperioribus duplo latiores.*

331. Menſura Magnitudinis, a manu deſumta, in plantis convenientiſſima eſt.

Menſuram plantarum ſecundum ſcalam geometricam et quidem adcuratiſſimam, in partibus plantarum deſcribendis, introduxit Tournefortius, quem ſecuti ſunt aſſeclae, ut eſſentia deſcriptionis conſiſteret in adcuratiſſima menſura geometrica.

Variare plantas in partium longitudine et latitudine, magis quam in re alia quacunque, cuique in Botanicis verſato eſſe notiſſimum nullus dubito.

Admitto rariſſime aliam menſuram, quam proportionalem, inter plantae partes diverſas, ubi pars haec vel illa, longior aut brevior, latior aut anguſtior ſit altera.

Si vero Menſura vel ſcala aſſumenda ſit, non judico opus eſſe, ut ejusmodi ſcala a Botanico circumferatur, ſed ut menſuretur a manu, vel ſtatura hominis.

Capillus eſt diameter Crinis.

Lineae una Menſurae pariſinae.

Linea eſt Lunulae longitudo, ab unguis radice verſus unguem extenſa (non vero in Pollice).

Linea pars duodecima

Unguis eſt longitudo Unguis.

Lineae ſex, ſive uncia dimidia.

Pollex eſt longitudo aut diameter extimi articuli Pollicis.

Uncia una pariſina.

Palmus eſt diameter quatuor digitorum transverſorum parallelorum, demto pollice.

Unciae tres pariſienſes.

Dodrans eſt ſpatium inter apicem Pollicis et Digiti minimi extenſum.

Unciae novem.

Spithama eſt ſpatium inter apicem Pollicis et Indicis extenſum.

Unciae ſeptem.

Pes menſuratur a flexura cubiti ad baſin Pollicis.

Unciae duodecim.

Cubitus a flexura cubiti ad extimum apicem digiti intermedii.

Unciae ſeptendecim.

Brachium ab axilla ad apicem Digiti intermedii.

Unciae viginti quatuor.

Orgya

Orgya, Hexapoda, ſeu Humana altitudo, eſt menſura inter manus expanſas.

Pedes ſex.

332. Icones magnitudine et ſitu naturali depingendae ſunt.

Veterum icones ſiſtunt maximas Arbores et minimas Alſines ſub eadem magnitudine; Procumbentes et Repentes plerumque erectas pingunt, quod ſedulo vitandum.

Cum magnitudo nequeat depingi in plantis maximis, praeſtat Ramulum porrigere, et plantam integram in compendio juxta partem ſiſtere; uti *Ehret* in Napaea t. 8. Hibiſco t. 6. Verbena t. 14. et Martynia t. 1.

Fundamentales figurae §. 11. praeſertim Plumerianae, facillime elaboratae, plantas optime repraeſentant.

Ligneae figurae §. 11. olim uſitatiſſimae, praeſertim Rudbeckianae, certabant cum aëneis, ac ópera Botanica reddidere minus pretioſa; nunc antiquatae ſunt non ſine impenſis Botanicis.

Pictor, Sculptor et Botanicus aeque neceſſarii ſunt ad figuram laudabilem; Si alter horum peccet, evadit figura vitioſa. Hinc Botanici, qui una exercuere artem et pictoriam et ſculptoriam, praeſtantiſſimas figuras reliquerunt.

333. Icones optimae omnes plantae partes, licet minimas etiam fructificationis, exhibeant.

Minimis in partibus, praeſertim Fructificationis, latent numeroſiſſimae et praeſtantiſſimae Differentiae, quae Speciem maxime diſtinguunt.

Pili, Glandulae, Stipulae, Stamina et Piſtilla, in veterum figuris excluſa, nunquam in Icone omittenda, ſi evadet digna.

334. Loca natalia plantarum reſpiciunt *Regionem*, *Clima*, *Solum et Terram*.

Horticulturae fundamentum dependet a Loco plantarum, unde Canones et Principia artis formanda.

[Cf. *Linn.* de ſtationibus plant. in Amoen. Acad. vol. 4. p. 64. ſ. *Stromeyer* diſſ. de geographia botan. Gott. 1800.]

Habitationes plantarum ex loco pateſcunt, quibus conſtat, unde Plantarum ſpecies conquirendae, pro Herbariis, Hortis, Medicina et Oeconomia.

REGIO tradat Regnum, Provincias, Pagos, et ubi rariſſimae plantae, loca ſpecialiſſima.

CLIMA habet tres dimenſiones, Latitudinem, Longitudinem et Altitudinem Loci.

Latitudo eſt ab Aequatore vel *Borealis* vel *Auſtralis*, utraque gradibus diviſa 90.

Longitudo communiter ab Inſula *Ferro* Canarienſium ad eandem numerat 360.

Altitudo perpendicularis eſt terrae menſura a mari, verſus ſumma cacumina Alpium.

Menſuratur *Barometro* ſecundum elevationem loci perpendicularis deſcendente, cujus ſcala ex menſura anglicana haec eſt:

unica . ½	hexapoda	63
1	—	133
½		208
2	—	290
½		377
3	—	471
½		570
4	—	6[illegible]5
½		78[illegible]
5	—	909
½		1028
6	—	1158
½		1293
7 .	—	1435.

[Dum aër ubique eadem temperie gaudet, altitudo mercurii in barometro geometrica progreſſione decreſcit, ſi altitudo montium arithmetica progreſſione creſcit.

Cum ad terrae ſuperficiem mercurius habet 28 unc. = 336 lin. in altitudine quavis 78 ped. una linea decreſcet. Tali modo

Altitudo ſuper maris ſuperficie.	Alt. barom.
780 ped.	362 lin.
1560 —	316 —
3120 —	298 —
4680 —	281 —
6240 —	264 —
7800 —	249 —
9360 —	235 —

Cf. *van Swinden* poſit. phyſic. vol. 2. p. 208. [.]

Vaillantius inter primos Climata aſſumſit in loco natali plantarum, ſed unice latitudinem reſpexit. e. gr. Panax foliis ternis quinatis ſub latitudine 45. 46. Non vero ſufficere ſolam latitudinem patet ex locis diſſitis, diverſiſſimas plantas proferentibus; multo minus longitudinem.

Latitudines *Romae* Italiae, *Peckini* Chinae, *Noveboraci* Americes, ſub eodem gradu boreali ferme ſitae ſunt.

Roma 41 : 51. Pekin 39 : 55. Noveboracum 41 : o.

Similiter *Palaeſtina et Florida* Boreales
Cafferia et Chili Auſtrales
latitudine fere conveniunt (Cap. Bon. Sp. 34: 15. Jeruſalem 31 : 40.) ſed diverſiſſimas plantas alunt.

Longitudine conveniunt *Promontorium ſeptentrionale* Nord-Cap), *Upſala*, *Roma*, *Caput Bon. Sp.* plantis diverſiſſimis.

[Nec latitudo ſola nec longitudo clima phyſicum conſtituunt, ſed altitudo, ambitus maris, vicinia montium, ſylvarum ingentium, paludum et lacuum.

Altiſſima montium iuga prope Nepan in India orientali adeo frigida ſunt, ut noſtras hyemes longe ſuperent. Anglia multo tepidior eſt Gallia boreali. Trichomanes pyxidiferum et Aſplenium marinum tropicorum ibi indigena ſunt. Japonia multo calidior eſt Bukharia parallela. Neapolis multo calidior Philadelphia parallela.

Altitudo magis conveniens eſt pro habitatione plantarum.

Aquaticae Plantae Indicae cum Europaeis ſaepe conveniunt, uti *Utricularia*, *Droſera*, *Aldrovanda*, *Nymphaea*, *Sagittaria*.

Alpinae Plantae Lapponiae, Groenlandiae, Sibiriae, Helvetiae, Walliae, Pyrenaeorum, Olympi, Ararat, Braſiliae, licet remotiſſimae, ſaepe eaedem ſunt. [Id primus C. *Geſnerus* de hort. German. f.237. b. animadvertit: „Montanae „nobis alibi, ad ſeptentrionem praeſertim, fallente ſenſim terrarum altitudine, in planitie „naſcuntur.“]

Sit pratum mari paullo altius plantis pratenſibus uberrimis refertum, elevetur adjacens magisque a mari remota terra, mox aliae plantae et ſylveſtres hanc operient, cujus exempla in *It. ſcan.*

SOLUM reſpicit Telluris naturam:

Mare aqua ſalſa refertum, occultat plantas radicibus deſtitutas, per poros nutriendas, frigoris impatientes:

[*Marinae.*]

Fucus.	*Najas.*	*Ulva.*
Zoſtera.	*Ceratophyllum.*	[*Phucagroſtis major* Caulin.]

Littora maris Arenâ ſive Sabulo, ſale impraegnato, maris fluctibus ventisque expoſita, alunt proprias plantas.

[*Maritimae.*]

Salicornia.	*Crambe.*	*Glaux.*
Salſola.	*Beta.*	*Triglochin.*
Cakile.	*Atriplex.*	*Statice.*
Anaſtatica.	*Eryngium.*	*Iſatis.*
Arenaria mar.	*Samolus.*	*Hippophaë.*

FONTES ſcaturiunt aqua gelida, puriſſima;

[*Bartramia fontana.*]	*Fontinalis*	*Angelica.*
Montia.	*Hippuris*	[*Apium graveolens.*]
Veronica beccabunga.		

Fluvii aquam puram, ſubfrigidam, motu agitatam vehunt.

Potamogeton. *Sparganium.* *Ranunculus fluviatilis.*

Ripae Fluviorum et Lacuum hyeme ſub aqua reconditae.

Phalaris arundinacea. *Lythrum.* *Ranunculus [reptans.]*
Lycopus. *Eupatorium.* *[Aliſma.]*
Scutellaria. *Hydrocotyle.* *Lyſimachia.*
Limoſella.

Lacus aqua pura repletae, fundo conſiſtenti gaudent.

Iſoëtes. *Spongia.* *Arundo.*
Subularia. *Nymphaea.* *Scirpus.*
Lobelia Dortmanna.

Stagna et Foſſae fundo limoſo et aqua quieta ſunt repleta.

Chara *Typha* *Sium.*
Stratiotes *Butomus* *Phellandrium*
Elatine Alſinaſtrum *Sagittaria* *Rumex britann.*
Hydrocharis. *Ranunculus Lingua.*
Valliſneria *Nymphoides.*
Callitriche *Cicuta.*

Paludes humo lutoſa laxa et aqua referta, aeſtate ſiccefcunt.

Carex *Sceptr. carolin.* *Myrica.*
Menyanthes. *Scheuchzeria.* *Calla.*
[Pedicularis.]

Caespitosae Paludes, refertae humo mixta Sphagno, tectae tuberibus, cinctae aqua limoſa, profunda.

Sphagnum. *Ledum.* *Andromeda.*
Scirpus [caeſpitoſus. *[Erica Tetralia.* *[Vaccinium Oxycoccos.]*
Eriophorum. *Splachnum ampullaceum.]*
[Rubus Chamaemorus.]

Inundata loca hyeme repleta aqua, aeſtate putrida exſiccata, imbribus interdum ſuffuſa.

Peplis. *Bidens.* *Saccharum.* *[Riccia glauca.* *Cypripedium.* *Oryza.* *Tamarix.* *Jungermannia puſilla.]* *[Gnaphalium inundatum.]*

Uliginosa mihi ſunt loca ſpongioſa, aqua putrida laborantia, colonis inviſa, nec ſegetis, nec foeni proventui apta, innoteſcentia propriis plantis.

Primula [farinoſa.] *[Tofieldia paluſtris.* *Comarum.* *Pinguicula.* *Valeriana [dioica.]* *Gentiana Pneumonanthe.]* *Selinum paluſtre.* *Pedicularis.*

Alpes, Montes altiſſimi, intrantes Aëris ſecundam regionem, Arboribus ſpoliati, ſummis cacuminibus nive perenni tectis, convallibus humo ceſpitoſa repletis.

[De his cf. *Flörkium* in *Hoppe's* Taſchenbuch, 1800. p. 1. ſ. Alpeſtres plantae etiam in paludibus proveniunt: e. g. *Arnica, Tofieldia, Anemone narciſſiflora* et *alpina.* Io. *Sauſſurius* iunior inde exponit, quod et alpeſtres et paludoſae multo minore indigent oxygenis copia. (Recherch. chim. ſur la végétat. p. 96.)]

Dryas. *Arbutus [alp.]* *Soldanella.* *Sibbaldia.* *Alchemilla [alpina.]* *Betula nana.* *Diapenſia.* *Silene [rupeſtris.]* *Azalea.* *Rumex [digynus.]* *Andromedae.* *Veronica [alpina.]* *Pediculares alp.* *Bartſia [alpina.]* *Viola [biflora.]* *Ranunculi alp.* *Thalictrum [alpinum.]* *Gentianae [plures.]* *Crocus.*

Rupes conſtant petris, muriſve praeruptis aridiſſimisque.

Aira [flexuoſa.] *Sedum.* *Capparis.* *Aloë.* *Polygonatum.* *Cymbalaria.* *Meſembrianthem.* *Aſclepias.* *Clinopodium.* *Melica.* *Origanum.*

[Rupium et montium differentia diverſas producit plantas. Globularia vulgaris, Seſeli Hippomarathrum, Braſſica orientalis, Helianthemum marifolium in ſolis calcareis; Aſtragalus exſcapus, Crepis foetida, Oxytropis piloſa in ſolis rupibus, ἐρυθροῦ κεκλιμένου creſcunt.]

Montes et Colles ſabuloſi, aridi, ſteriles, aquam vix admittunt.

Aſperula cynanch.
Oreoſelinum.
Arnica.
Jaſione.
Carlina.
Cneorum.
Lithoſpermum.
Gnaphalium.
Vaccinia rubra.
Veronica maj.
Melampyr. criſtatum.

Campi aprici ventis expoſiti, ſicci, aſperi ſunt.

Artemiſia campeſtris.
Pulſatilla.
Stellaria.
Theſium.
Draba.
Buphthalmum.
Adonis vernalis
Medicago falcata.
Uva urſi.
Myoſotis.
Gentianella.
Daucus.
Bellis.
Locuſta.
Echium.

Sylvae umbroſae terra ſabuloſa ſterili refertae.

Hypnum.
Linnaea.
Sibthorpia.
Pyrolae.
Trientalis.
Pulſatill. ſylv.
Empetrum.
Erica.
Melampyrum nemoroſum.
Solidago.

Nemora ad radices montium, inter Lucos, humo ſpongioſa tecta, umbroſa ſemper, exhalantia continuo aërem humidiuſculum, ventis minime expoſitum, Plantas Vernales, frigoris et caloris impatientes, alunt.

Lathraea.
Martynia.
Dentaria.
Adoxa.
Oxalis.
Fumaria bulboſa.
Lunaria.
Impatiens.
Milium.
Epimedium.
Hepatica.
Anemone.
Pulmonaria.
Orobus vern.
Paris.
Daphne.
Prenanthes.
Mercurialis.
Allium urſin.
Chryſoſplenium
Aſperula odor.
Ranunculus ficar.
Actaea.
Aſarum.
Galanthus.
Leucojum.
Agrimonoides.
Struthiopteris.
Convallaria vertic.
Galeobdolon.
Sanicula.
Cyclamen.

Prata Herbis luxuriantia, campis depreſſis, convallibusque conſtant.

a. Fertilia.	b. Exſucca.	c. Humidiuſcula.
Lotus.	*Briza.*	*Succiſa.*
Trifolium rubr.	*Lagopus.*	*Lychnis paluſtr.*
Scorzonera.	*Hypochoeris.*	*Fritillaria.*
Campanula.	*Viſcaria.*	*Opulus.*
Millefolium.	*Agrimonia.*	*Frangula.*
Rhinanthus.	*Helianthemum.*	*Dulcamara.*
Linum cathartic.	*Geranium ſang.*	*Lathyrus pratenſis.*
Lathyrus pratenſis.	*Arnica.*	*Parnaſſia.*
Galium luteum.		
Ranunculus acris.		

Pascua differunt a pratis, quod ſteriliora, ſicciora et magis ſabuloſa.

Tormentilla.	*Euphraſia.*
Pimpinella.	*Prunella.*
Sagina.	

Arva conſtant agris requietis:

Aira caryophyllea.	*Campanula Rap.*	*Polygonum aviculare.*
Aphanes.	*Fumaria vulg.*	*Lathyr. tuberoſus.*
Anagallis.	*Tribulus.*	*Ononis.*
Myoſurus.	*Scandix.*	*Thlaſpi.*
Rumex Acetoſella.	*Myoſurus.*	
	Anthemis.	

Agri terra ſubacta laeta gaudent.

Chryſanthemum ſeget.	*Napus.*	*Androſace ſeptentrionalis.*
Ranunculus	*Hypecoum.*	*Convolvulus.*
Melampyr.	*Agroſtemma.*	*Stachys paluſtr.*
Galeopſis.	*Cyanus.*	*Lycopſis.*
Sinapis arvenſ.	*Delphinium.*	*Anethum.*
	Vicia Cracca.	*Nigella.*

Versurae ſ. Margines agrorum, tanquam prata ſtercorata conſiderantur.

Pomaria

Lolium perenne	*Anchuſa*	*Aegopodium*
Scabioſa	*Cerinthe*	*Chaerophyllum*
Cichorium.	*Heliotropium*	*Chelidonium.*

Culta in hortis terra, ſubacta; mixta fertiliſſima, promovet plantas Hortulanis inviſas, inter olera luxuriantes.

Chenopodium	*Stellaria media*	*Veronica hederaefolia.*
Aparine	*Sonchus oleraceus*	*Eryſimum Alliaria.*
Aethuſa	*Oxalis corniculata*	*Lamium purpureum.*

Fimeta ex ſtercore animalium congeſta:

Urtica maj.	*Aſperugo*	*Datura*
Perſicaria	*Xanthium*	*Chenopodium hybridum.*

Ruderata juxta domos, habitacula, vias ac plateas.

Hyoſcyamus	*Verbaſcum*	*Leonurus*
Abſinthium	*Solanum*	*Cardiaca*
Chenopodium murale	*Ballota nigra*	*Cynogloſſum officinale*
Plantago	*Marrubium*	*Caucalis Anthriſcus.*

Terrae plantis faventes, ſunt *Humus*, *Arena*, *Argilla* et *Creta*.

Humus tenuiſſima eſt plantarum alimentum primarium, obſervante *Kylbelio*,

Plantae itaque pleraeque humo delectantur, uti conſtat experimento Hortulanorum.

Arena ſicca, friabilis, ſiticuloſa eſt.

a. Arena mobilis. S. N. 2.	*b.* Arena farinacea, S. N. 1.
Arundo arenaria	*Erica*
Elymus arenarius	*Pinus*
Carex arenaria.	*Iberis* nudicaulis.
c. Arena vulgaris.	*d.* Arena ſabuloſa, montoſa.

Aſparagus *Herniaria.*
Scleranthus *Digitalis.*
Peganum *Thymus Serpyllum.*
Ornithopus *Androſace ſeptentrionalis.*
Ulex *Radiola.*
Ceratocarpus

Argilla tempeſtate humidâ unctuoſa, ſiccâ autem tempeſtate indurata eſt.

Thlaſpi campeſtre *Medicago* Fl. ſu. 621.
Papaver Rhoeas *Tragopogon.*
Blattaria.

Creta in collibus ſicciſſimis, aridiſſimis:

Hippocrepis comoſa *Euphraſia lutea.*
Hedyſarum Onobrychis *Seſleria coerulia.*
Caucalis daucoides.

Dignoſcitur ſic ex ſola inſpectione plantarum ſubjectâ terra et ſolum.

Potentilla vulgaris colorem argenteum foliorum induens, indicat in terra latente argillam.

Pedicularis ſilvatica uliginoſa
Melica coerulea in Suecia turfas indicat.

335. Tempus Vigendi, Germinandi, Frondeſcendi, Effloreſcendi, Vigilandi, Fructeſcendi, Defoliandi indicat Clima.

Germinatio eſt tempus, quo Semina terrae mandata eadem excluduntur in cotyledonum proventum.

Dieb. 3. *Napus*, *Eruca*, *Blitum.*
4. *Anethum.*
5. *Lactuca.*
6. *Raphanus*, *Cucumis.*
7. *Hordeum.*
8. *Atriplex.*
15-20. *Faba.*
19-20. *Cepa.*
40-50. *Apium.*

Rudbeck. propag. plant. 54.

Dieb. 1. *Milium*, *Triticum*.
3. *Faba*, *Sinapis*, *Rapa*.
Spinacia; *Phaeſeolus*.
4. *Lactuca*.
5. *Cucumis*, *Cucurbita*,
Naſturtium.
6. *Beta*.
10. *Braſſica*.
30. *Hyſſopus*.
40. *Petroſelinum*.
Anno 1. *Perſica*, *Amygdalus*,
Juglans, *Caſtanea*. *Paeonia*.
2. *Corylus Avellana*. [Cf. *Gough* in mem. of the ſoc. of Mancheſter, vol. 4. p. 310. 488. — *Lefebure* ſur la germination Strasb. 1801. 8.]

FRONDESCENTIA eſt tempus aeſtatis, quo ſpecies ſingulae plantarum prima Folia explicant. e. gr.

1748. Upſaliae
April. 27. *Ribes* Fl. 195.
Maji 4. *Padus* 396.
10. *Euonymus* 133.
11. *Spiraea* Hort. 1.
12. *Crataegus* 7.
Populus 819.
13. *Sambucus* 150.
17. *Quercus* 784.
18. *Fraxinus* 830.

1749. Upſaliae
April. 29. *Ribes* 195.
Maji. 2. *Syringa* H. 6. 1.
3. *Betula* 776.
4. *Padus* 396.
6. *Fagus* 785.
8. *Tilia* 432.
10. *Quercus* 784.
12. *Carpinus* 786.

[Cf. *Linn.* vernatio arborum in amoen. acad. vol. 3. p. 363. ſ. ubi etiam tabula egregia adnexa eſt de vario vernandi tempore in variis Sueciae tractibus.

Cotta traité de météorologie, t. 3. p. 337. (Paris 1774. 4.) ubi egregiae tabu-

1750. Landscronae
Febr. 26. *Groſſularia*
Mart. 8. *Sambucus*
9. *Ribes rubr.*
10. *Philadelphus*
11. *Syringa*
12. *Roſa*
13. *Oxyacantha*
14. *Lonicera*
15. *Ulmus*
16. *Ceraſus*, *Evon.*
17. *Malus*, *Alnus*

lae vernationis, florendi et fructificandi temporis.

18. *Corylus, Opulus*
19. *Betula, Sorbus*
20. *Salix viminea*
21. *Salix caprea*
24. *Carpinus*
25. *Salix minor*
26. *Prunus*
27. *Populus nigra*
28. *Pyrus.*

April. 1. *Rhamnus cath.*
2. *Vaccinia nigra*
5. *Frangula*
7. *Aeſculus*
11. *Juglans*
12. *Tilia*
20. *Fagus*
22. *Populus trem.*
25. *Acer*

Maji 5. *Quercus*
15. *Fraxinus.*

EFFLORESCENTIA eſt tempus menſis, quo ſingulae ſpecies plantarum primos Flores oſtendunt. ex. gr. 1748. Upſaliae.

APRILIS. *Fl. ſuec.*

17. *Hepatica* 445.
18. *Fumaria* 585.
22. *Tuſſilago* 680.
23. *Daphne* 311.
24. *Pulmonaria* 156.
25. *Draba* 523.
26. *Ornithogalum* 270.
27. *Viola* 716.
28. *Pulſatilla* 446.
29. *Empetrum* 832.
30. *Anemone* 450.

MAJI.

1. *Ranunculus* 460.
2. *Tuſſilago* 683.
3. *Lathraea* 518.
4. *Myrica* 817.
5. *Viola* 718.
6. *Primula* 161.

MAJI.

7. *Glechoma* 483.
8. *Betula* 776.
9. *Caltha* 473.
10. *Oxalis* 385.
11. *Vaccinium* 313.
12. *Fraxinus* 830.
13. *Viola* 719.
14. *Androſace* 160.
15. *Draba* 526.
16. *Leontodon* 627.
17. *Saxifraga* 350.
Orobus 595.
18. *Adoxa* 326.
Alchemilla 135.
19. *Chelidonium* 436.
Fragaria 414.
Convallaria 274.

MAJI.

20. *Fritillaria* 811.
Cynoſurus 82.
21. *Actaea* 431.
Menyanthes 163.
Paris 325.
22. *Primula* 162.
23. *Convallaria* 273.
Trientalis 302.
Orobus 596.
Lonicera 192.
24. *Pyrus* 130. 1.
Pyrus 130. 2.
25. *Statice* 253.
Polygala 586.
Lotus 609.
Trifolium 615.
Ranunculus 469.
Chaerophyllum 243.
26. *Triglochin* 299.
27. *Pinus* 788.
Juniperus 824.
28. *Potentilla* 419.

MAJI.

Cynogloſſum 154.
Hyoſcyamus 184.
Eryſimum 558.
29. *Berberis* 290.
Syringa 6: 1.
30. *Ledum* 341.
Vaccinium 312.
Aſclepias 200.
Sorbus 400.
Geranium 571.
Dentaria 565.
Ranunculus 472.

JUNII.

1. *Geum* 423.
Pyrola 334.
Thymus 477.
Potentilla 415.
Bryonia 790.
Nymphaea 426.
2. *Anchuſa* 153.
etc. etc.

Cardui varii non florent antequam Solſtitium abſolutum eſt.

Parnaſſia foeniſecii praeco eſt.

Colchicum autumni et gelu nuncia eſt. [Cf. Linn. amoen. acad. vol. 4. p. 387. *Stillingfleet* miſcellaneous tract., p. 287. ſ. *Haenke* et *Jiraſek* Blüthen-Kalender von Böhmen, in Abhandl. der böhm. Geſellſch. 1787. p. 94. 322. *Bjerkander* in Vetenſk-Handl. 1780. p. 130. 1786. p. 51. ſ. *Buhle*, *Walch* et *Nordmeyer* calendaria Palaeſtinae et Aegypti oeconomica, Göt. 1785. 1792. 4. *Heyne's* Pflanzenkalender, herausg. von *Schwägrichen*. 1. T. Leipz. 1806. 8.]

VIGILIAE plantarum abſolvuntur determinatis *horis* diei, quibus plantae flores quotidie aperiunt, expandunt et claudunt.

Solares Flores dicuntur, qui determinatum hoc tempus ſeſe explicandi et claudendi obſervant; ſunt hi triplices.

1 *Meteorici* flores ſolares, qui minus adcurate obſervant horam explicationis, ſed prius vel ſerius aperiuntur pro ratione Umbrae, Aëris humidi vel ſicci, Atmoſphaerae preſſione majori aut minori.

2. *Tropici* mane aperiuntur et ante veſperam recluduntur quotidie, ſed hora explicationis adſcendit vel deſcendit, uti dies adcreſcit aut decreſcit; adeoque obſervant horas Turcicas ſ. inaequales.

3. *Aequinoctiales* flores aperiuntur certa et poſitiva diei hora, et plerumque etiam determinata hora quotidie recluduntur. Obſervant hi horas Europaeas ſ. aequales.

Vigiliae Florum ſolarium vulgatiſſimae ſunt.

Fl. ſuec. et *H. upſ.*			oritur,	occidit.
1. Leontodon	627.	*Taraxacum*	5. 6.	— 8. 9.
2. — — —	628.	*Taraxaconoides*	4.	— — — 3.
3. — — —	629.	*Chondrilloides*	3.	— — — 3.
4. Hypochaeris	631.	*pratenſis*	6.	— — — 4. 5.
5. — — —	1.	*hiſpida*	7. 8.	— — — 2.
6. — — —	2.	*Chondrilloides*	9.	— 12. — 1.
7. Hieracium	635.	*Piloſella*	8.	— — — 2.
8. — — —	637.	*Pulmonaria*	6. 7.	— — — 2.
9. — — —	639.	*fruticoſum*	6.	— — — 5.
10. — — —	1.	*latifolium*	7.	— — — 1. 2.
11. — — —	3.	*rubrum*	6. 7.	— — — 3. 4.
12. Crepis	640.	*tectorum*	4. 5.	— 10. 12.
13. — — —	1.	*alpina*	5. 6.	— 11.
14. — — —	6.	*rubra*	6. 7.	— — — 1. 2.
15. Picris	1.	*magna*	4. 5.	— 12. — 9.
16. Sonchus	642.	*repens*	6. 7.	— 10. 12.
17. — — —	643.	*laevis*	5.	— 11. 12.
18. — — —	644.	*lapponicus*	7.	— 12. —
19. — — —	1.	*belgicus*	6. 7.	— — — 2.
20. Lactuca	1.	*ſativa*	7.	— 10. —
21. Scorzonera	3.	*tingitana*	4. 6.	— 10. —
22. Tragopogon	648.	*luteum*	3. 5.	— 9. 10.
23. — — —	3.	*Columnae*	5. 6.	— 11. —
24. — — —	4.	*Dalechampii*	6. 7.	— 12. — 4.
25. Lapſana	1.	*Rhagadiolus*	5. 6.	— 11. — 1.
26. — — —	4.	*Rhagadioloides*	7. 8.	— 12. — 2.
27. — — —	3.	*glutinoſa*	5. 6.	— 10. —
28. Cichoreum	650.	*ſcanerſe*	4. 3.	— — —
29. Nymphaea	427.	*alba*	7.	— — — 5.
30. Calendula	727.	*arvenſis*	9.	— — — 3.
31. — — —	2.	*africana*	7.	— — — 3. 4.
				☽ ☽ ☾

Papaver	4.	*nudicaule*	5.	— — —	7.
Hemerocallis	2.	*fulva*	5.	— — —	7. 8.
Convolvulus	2.	*rectus*	5. 6.		
Malva	4.	*helvula*	9. 10.	— — —	1.
Alyſſum		*Alyſſoides* T.	6. 8.	— — —	4.
Anthericum	267.	*album*	7.	— — —	3. 4.
Arenaria	376.	*purpurea*	9. 10.	— — —	2. 3.
Anagallis	169.	*rubra*	8.		
— — —	1.	*caerulea*	7. 8.		
Portulaça	1.	*hortenſis*	9. 10.	— 11. 12.	
Dianthus	7.	*prolifer*	8.	— — —	1.
Meſembryanth	1.	*barbatum*	7. 8.	— — —	2.
— — —	2.	*cryſtallinum*	9. 10.	— — —	3. 4.
— — —	10.	*neapolitanum*	10. 11.	— — —	3.
— — —	5.	*linguiforme*	7. 8.	— — —	1.
			☽	☽	☾

Horologium Florae ex ſequenti tabula formandum, poſtquam meteorici et caniculares flores excluſi ſunt, de quibus alibi.

☾
— Tragopogon *luteum* 22.
— Leontodon *Taraxanoid.* 2.
5 — Picris *magna* 15.
— — Cichoreum *ſcanenſe* 28.
— — Crepis *tectorum* 12.
5 — Scorzonera *tingitana* 21.
— Sonchus *laevis* 17.
— — Leontodou *Taraxacum* 1.
— — Crepis *alpina* 3.
— — Tragopogon *Columnae* 23.
— — Lapſana *Rhagadiolus* 25.
— — *glutinoſa* 27.
— — Convolvulus *rectus* 34.
— Hypochoeris *pratenſis* 4.

☽ ☾
— 6 — Hieracium *fruticoſum* 9.
— —
½ — — *Pulmonaria* 8.
— — Crepis *rubra* 14.
— — Sonchus *repens* 16.
7 — — — *belgicus* 19.
7 — Leontodon *Chondrilloides* 3.
— — Hieracium *latifolium* 10.
— — Sonchus *lapponicus* 18.
— — Lactuca *ſativa* 20.
— — Calendula *africana* 31.
— — Nymphaea *alba* 29.
— — Anthericum *album* 37.
8 — Hypochoeris *hiſpida* 5.
— — Lapſana *Rhagadioloides* 26.

☽	☾		
—	—	Meſembrianth. *barbatum*	43.
9.	—	Hieracium *Piloſella*	7.
—	—	Anagallis *rubra*	39.
—	—	Dianthus *prolifer*	42.
—	8.9	Leontodon *Taraxacum*	1.
9	—	Hypochoer. *Chondrilloid.*	6.
10	—	Malva *helvula*	35.
—	—	Arenaria *purpurea*	38.
—	—	Meſembr. *cryſtallinum*	44.
—	10	Lapſana *glutinoſa*	27.
—	—	Lactuca *ſativa*	20.
—	—	Scorzonera *tingitana*	21.
10.	11.	Meſembr. *neapolit.*	45.
—	11	Crepis *alpina*	13.
—	—	Tragopogon *Columnae*	23.
—	12	Sonchus *laevis*	17.
—	12	— — *lapponicus*	18.
—	1.	Hypochoer. *Chondrill.*	6.
—	—	Malva *helvula*	35.
—	—	Dianth. *prolifer*	42.
—	2.	Hieracium *latifolium*	10.
—	—	Crepis *rubra*	14.
—	2.	Hypochoeris *hiſpida*	5.
—	—	Hieracium *Pulmonaria*	8.
—	—	Sonchus *belgicus*	19.
—	—	Lapſana *Rhagadioloid.*	20.
—	—	Meſembr. *barbatum.*	43.
—	3	Arenaria *purpurea*	38.
—	3.	Leontodon *Chondrilloides*	3.
—	—	Calendula *arvenſis*	3
—	3	Meſembr. *neapolit.*	45.
—	—	— — *linguiform.*	46.
—	4	Hieracium *rubrum*	11.
—	—	Meſembr. *cryſtallin.*	44.
—	—	Calendula *africana*	31.
—	—	Anthericum *album*	37.
—	4.	Alyſſum *Alyſſoides*	36.
—	5	Hypochoeris *pratenſis*	4.
—	6.	Hieracium *fruticoſum*	9.
—	—	Nymphaea *alba*	29.
—	7.	Papaver *nudicaule*	32.
—	.8	Hemerocallis *fulva*	33.

[Cf. Dav. van *Gorter* Beſchryving van eeen Bloemhorologie in Verhand. te Rotterdam, D. I. p. 477.

Calen-

Calendula africana Hort. upſ. 274. n. 2. vigilias ſubit inter horam ſextam et ſeptimam matutinam, vigilans in horam pomeridianam quartam, ſi tempeſtas diei fuerit ſicca; at vero ſi vigilias non adſumat, ſeu non aperiat flores hora ſeptima matutina, *pluviae* hoc die cadent, conſtanti lege; imbres autem et tonitru evitare non facile docet.

Sonchus ſibiricus ſi noctu claudatur, proxima dies plerumque ſerena erit, ſi vero aperto flore per noctem vigilet, inſequens dies plerumque erit pluvioſa.

Dormientes per noctem plantas, foliis conniventes, tetigimus §. 133. [*Vigiliae* plantarum vel maxime in foliis *compoſitis* animadvertuntur. Dormiunt autem

a. *conduplicata*, ut foliola per paria coadunentur ac altera pagina alteram contingat. *Vicia Faba*, *Hedyſarum coronarium*, *Lathyrus odoratus*.

b. *involventia*, ut foliola conniventia flores obtegant ac involvant. *Medicagines, Loti*: *Coronillae*.

c. *dependentia*, ut foliolorum margo alter terram, alter coelum ſpectet. *Robinia Pſeudacacia*: *Glycyrrhizae*, *Hedyſarum canadenſe*, *Mimoſae*.

d. *invertentia*, ut pagina ſuperior fiat interior, inferior vero exterior. *Caſſiae* omnes, *Crotalariae*.

e. *imbricantia*, ut horizontaliter petiolum communem obtegant. *Mimoſae* pleraeque: *Tamarindus*, *Gleditſchia triacantha*.

Dormiunt etiam folia ſimplicia variarum plantarum ut connivendo germina aut flores tenellos contegant. *Atriplices*, *Amaranti*.

Cf. *Linn.* de ſomno plant. in amoen. acad. vol 4. p. 333. ſ.

Hill the ſleep of plants. Lond. 1762. 8.

Pulteney in Philoſ. transact. vol. 50. p. 506.

Zinn in Hamb. Magaz. B. 22. p. 40. ſ.

Senebier phyſiol. vegét. vol. 4. p. 309. ſ.

Cauſſa princeps credita eſt luminis abſentia: neque tamen abeſt lumen magis, hora ſexta veſpertina in aeſtate, quam meridie hyemali. Dormire autem incipiunt plura folia jam hora ſexta veſpertina. Vidi etiam loco obſcuro folia ſuo tempore directionem mutare. *Bonnetus* vidit, dormire diutius, dum ſpongia humectata ſub foliis teneretur: *Candollius* expertus eſt, calorem et lumen artificiale excitare rurſus folia. Unde ad leges irritabilitatis potius conſilium transferri oportet. Stimulis enim remotis vis debilitatur: unde dormiunt plantae, ſi etiam nutrimenta detrahuntur. Stimulis nimis urgentibus alia debilitas oritur, quae ſimilia ſaepe producit phaenomena. Hinc nimius calor et nimium lumen ſolare meridianum folia plantarum variarum deprimunt. Hinc teneriores plantae, quarum vis facilius exhauritur, multo frequentius ſomni phaenomena oſtendunt.]

FRUCTESCENTIA comprehendit tempus, quo ſemina matura diſpergunt Plantae.

HORDEUM [*vulgare.*]

1732. Lapponia.	1750. Upſaliae.	Matureſcit
Satum *Maji* 31.	Satum *Martii* 6.	*Uplandia* 110.
Diſſec. *Julii* 28.	Diſſec. *Auguſti* 4.	*Scania* 90.
Maturuit dieb. 58.	*Maturuit* dieb. 55.	*Lapponia* 60.

Matureſcit Hordeum citius in auſtrali Scania et Boreali Lapponia, quam in intermedia Uplandia.

DEFOLIATIO eſt tempus autumnale, quo arbores folia dejiciunt; eoque indicant progreſſum autumni et inſequentis hyemis.

Fraxinus inter primas defoliatur et inter ultimas frondeſcit.

Colchici primi flores obſervandi.

[Defoliatio arborum adſcripta fuit et ſiccitati petiolorum, qui minus attrahant nutrimenti, et abundantiae ſuccorum, qui rite exhalari nequeant, et gemmarum preſſioni in petiolos

et transitu alburni in lignum. Neque tamen ulla harum cauſſarum ſufficit, quamvis ſpecioſis argumentis illuſtratae ſint a *Senebierio* (phyſ. végét. tom. 4. p. 238. ſ.) Sola exhauſtio virium, ſtimulis demtis, aut abundanter additis, id phaenomenon explicat. (*Vrolik* Diſſ. de defoliatione. Amſt. 1793. 8.)]

VIGENDI tempus comprehendit annos, quibus plantae vivunt; facile anni numerantur vel ex circulis concentricis ſ. ex annulis reſinoſis in Caudice detruncato.

Annulis reſinoſis ſ. internis plerique Trunci numerantur.

Quercus Oelandiae nata 1581, aatate 260. it. *oeland*. 68.

Pinus Wermelandica nata 1337. aetate 409. it. *w-goth*. 247.

Ramis annotinis numerantur aetates Pini, Cedri, Mali, Pyri etc.

Chronica hyemum intenſiorum aut remiſſiorum ex annulis internis datur in pleriſque arboribus, praeſertim in Quercu.

Botanici hucusque in plantarum numeroſiſſimarum dignotione occupati et objectorum varietate inundati, nequivere more aſtronomorum obſervationes inſtituere, licet inferiora ſequi, longe tamen majorem publico uſum ſuis obſervationibus ſubminiſtraturi.

Calendaria Florae quotannis conficienda ſunt in quavis Provincia, ſecundum Frondeſcentiam, Efflorеſcentiam, Fructeſcentiam, Defoliationem, obſervato ſimul Climate, ut inde conſtet diverſitas Regionum inter ſe.

Horologia Florae ſub quovis Climate elaboranda ſunt ſecundum Vigilias plantarum, ut quivis ſine horologio aut ſole horam diei enumeratam habeat.

Mappae vegetantes, quae indicant ubique Regionem, Clima et Terram. [Laudabile exemplum obſervationum de altitudine ſoli, quod plantae alpeſtres incolunt, exhibuit nuper illuſtris generis vir, Comes *Sternbergius*. (Botaniſche Wan-

derungen in dem Böhmer-Wald. Regensb. 1806. 8.) Primas autem facile tenet ſummus *Humboldtius*, cujus geographia plantarum mappam continet novam et eximiam plantarum, quae in Andibus creſcunt. (Géographie des plantes. Paris 1806. fol.)]

Uſus ex praedictis redundaret de Natura Telluris ſummus.

Clima ex progreſſu anni ſecundum Frondeſcentiam et Defoliationem, unde Calor Frigusque loci ſummum, notiſſimum Botanico erit.

Thermometrum Botanicum erit noſtrum, cujus punctum *congelationis* 0, Calor vero *aquae coquentis* 100. [Vulgatiſſimum eſt *Fahrenheitianum*, cujus punctum congelationis = 32°, aquae bullientis = 212°.]

Autumnales plantae ſunt *Virginicae*, quae florent laetiſſime Septembri et Octobri, cum aeſtas ſit ipſis in patria gratiſſima, adeoque in Suecia difficillime ſemina maturant.

Brumales ſunt *Capenſes*, quarum flores calore grato ſub ipſa Bruma provocantur, dum aeſtas in patria regnat, alias fruſtra proliciendi.

Vernales ſunt *Alpinae* omnes, cum in Alpibus hyems excipiat ver, vix guſtata aeſtate, adeoque citiſſime floreſcant et fructeſcant.

Biferae, quae bis in anno florent, vere ſcilicet et autumno, more patrio, uti *Indicae* facile omnes intra Tropicos.

Frigidae gradum caloris trigeſimum vix ferunt, uti

Alpinae — *Germanicae*
Sibiricae — *Belgicae*
Canadenſes — *Anglicae*
Gallicae ſupra Pariſios.

Temperatae hyemes viginti octo graduum frigoris non ferunt:

Narbonenſes — *Italicae*
Luſitanicae — *Syriacae*.
Hiſpanicae.

Calidae ferunt Caloris gradum quadrageſimum, ſe frigoris gradu decimo ſuffocantur.

Indiae orient. *Aegyptiacae*
Americes merid. *Canarienſes.*

Frigidae in Calido primum luxuriant, mox flacceſcunt, pereunt.

Calidae in Frigido creſcere ceſſant, defoliantur, ſterilescunt.

[Cf. *Thouini* commentarios egregios in annal. muſ. hiſt. natur. vol. 3. 4. *Gartenzeitung*, B. 2. S. 108. B. 3. S. 105. ſ.

Huc pertinent *Coloniae* ſ. Migrationes plantarum, de quibus Linnaeus egregias attulit obſervationes in amoen. acad. vol. 9. p. 5. ſ. e. g. Erigeron canadenſe, Oenothera biennis, Amaryllis ſarnienſis, Hymenophyllum tunbrigenſe, Lindernia Pyxidaria, Europam jam incolunt, advenae ſine dubio. Sic Fimbriſtylis dichotoma *Vahl.* ex India orientali cum Oryza in Italiam venit.]

XII. VIRES.

336. Vires plantarum a *Fructificatione* (86) deſumat Botanicus (7), obſervato Sapore (365), Odore (362), Colore (364) et Loco (358).

Auctores ſententiae fuere *Hermannus*, R. J. *Camerarius*, *Hoffmannus*, et alii.

[Cf. *Petiver* in Philoſ. transact. vol. 21. p. 289.

Blair in miſcell. obſervat. p. 53. et Philoſ. transact. vol. 31. p. 30.

Gleditſch de methodo botanica, dubio et fallaci virtutum in dice. Lipſ. 1742. 4.

Gmelin in nov. comment. acad. Petrop. vol. 12. p. 522. ſ.

Decandolle eſſai ſur les propriétés médicales des plantes compar. avec leurs formes extér. Paris. 1804. 4.]

Diſſertatio de *Viribus plantarum* a F. Haſſelquiſt. Upſaliae 1747. propugnata, hoc de Viribus Caput explicat. [Amoen. acad. vol. 1. p. 418.]

Falſae ſunt veterum Theoriae de viribus plantarum ex *Aſtrologia* §. 47. *Signatura* §. 47. *Chemia* §. 48.

Probant Ordines naturales veritatem aphoriſmi, §. 77.

337. Plantae, quae *Genere* conveniunt (165), etiam virtute conveniunt; quae *Ordine* Naturali (77) continentur, etiam virtute propius accedunt; quaeque *Claſſe* naturali congruunt, etiam viribus quodammodo congruunt.

Genere convenientes easdem poſſident vires:

Convolvuli: *Scammonium*, *Mechoacanna*, *Turpethum*, *Soldanella*.

Allii: *Moly*, *Porrum*, *Cepae*, *Victorialis*.

Lauri: *Cinnamomum*, *Malabathrum*, *Caſſia*, *Camphora*, *Saſſafras*, *Benzoë*.

Euphorbiae: *Eſula*, *Cataputia*, *Tithymalus*.

Artemiſiae: *Abrotanum*, *Abſinthium*, *Cina*.

[Haud tamen conveniunt: *Viola Ipecacuanha et tricolor*: *Cicuta viroſa et maculata*, *Aſtragalus Tragacantha* et *exſcapus*.]

Ordine naturali et viribus conveniunt.

Columniferae: *Malva*, *Althaea*, *Alcea*, *Goſſypium*.

Scitamina: *Zingiber*, *Cardamomum*, *Galanga*, *Zedoaria*, *Coſtus*, *Grana paradiſi*, *Curcuma*.

Multiſiliquae: *Paeonia*, *Aquilegia*, *Aconitum*, *Delphinium*, *Nigella*, *Helleborus*, *Ranunculus*, *Pulſatilla*.

Contortae: *Apocynum*, *Cynanchum*, *Aſclepias*, etc.

[Non conveniunt *Gruinales*: *Linum*, *Quaſſia*, *Guaiacum*, *Geranium*.
Senticoſae: *Geum*, *Roſa*, *Rubus*, *Fragaria*.
Lomentaceae: *Caſſia*, *Hyperanthera*, *Acacia*, *Polygala*.
Umbellatae: *Conium*, *Angelica*, *Paſtinaca*.]

Classe et viribus congruunt:
Gramina, *Oleracea*, *Lomentaceae*, *Compoſitae*, *Filices*, *Siliquoſae*, *Tricoccae*, *Papilionaceae*, *Verticillatae*. *Sarmentaceae*,
[*Decandollius* ſatius duxit ad organa ſimilia et ſuccos ſimiles conſilium transfere.]

338. Graminum (77: 4) Folia Pecoribus et Jumentis laeta paſcua; Semina minora avibus, majora hominibus eſculenta ſunt.

Folia graminum primarium pabulum animalibus phytophagis.
Semina minora *Phalaridis*, *Panici*, *Milii*, ſunt gratiſſima paſſeribus et gallinis.
Cerealia ſunt Semina majora graminum, quae hominibus quotidie in cibum veniunt: *Oryza*, *Triticum*, *Secale*, *Hordeum*, *Avena*, *Milium*, *Panicum*, *Holcus*, *Zizania*, *Mays*: excepto forte ſolo *Lolio*, niſi arte praeparato.

339. Stellatae (77: 47) diureticae ſunt.

Exempla: *Rubia*, *Aſperula*, *Aparine*, *Galium*, [excepta *Spigelia*, quae anthelminthica.]

340. Aſperifoliae (77: 41), magis minusve oleraceae, mucilaginoſae et glutinoſae ſunt.

Oleraceae: *Anchuſae*, *Borrago* etc.
Mucilaginoſa praecipue Symphyti Radix: quae inter glutinoſa primaria eſt.

341. Luridae (77: 28) ſunt plantae ſuſpectae.

Foetida: *Solanum*, *Hyoſcyamus*, *Nicotiana*, *Atropa*, *Mandragora*, *Datura*.
Dementantes et Narcoticae: *Atropa*, *Mandragogora*, *Nicotiana*, *Hyoſcyamus*, *Melongena*, *Lycoperſicon* apud noſtrates.
Corroſivum maxime: *Capſicum*.

342. Umbellatae (77: 45) in ſiccis aromaticae, calefacientes et pellentes; in aquoſis autem Venenatae ſunt; radice et ſeminibus pollent.

Aquoſo loco natae, et venenatae ſunt *Cicuta*, *Oenanthe*, *Siſon*, *Phellandrium*, *Apium paluſtre*.
Pellentes ſudorem, urinam, flatus, menſes, Lac, ſunt *Aſſa foetida*, *Leviſticum*, *Angelica*, *Imperatoria*, *Pimpinella*, *Peucedanum*, *Opopanax*, *Galbanum*, *Carvi*, *Cyminum*, *Daucus*, *Meum*, *Foeniculum*.

343. Hexandriae (77: 9. 10.) radices ſecundum ſaporem et odorem edules aut noxiae ſunt.

Edules ſunt Radices inodorae: *Martagon*, *Tulipae*, *Ornithogali*.
Venenatae ſecundum odorem viroſum ſunt *Glorioſa*, *Scilla*, *Hyacinthus*, *Anthericum*, *Leucoïum*, *Narciſſus*, *Fritillaria*.

344. Bicornes (77: 18) adſtringunt, ſed Baccae acidae eſculentae ſunt.

Adſtringunt: *Erica*, *Pyrola*, *Vaccinium*, ſed maxime *Uva urſi*.
Baccae acidae et eſculentae in hac gente ſunt *Vaccinia*, *Myrtilli*, *Oxycocci*, *Uvae urſi*, *Arbuti*, *Guajacanae*, *Melaſtomae*.

345. Icosandriae (68) fructus pulpoſus eſt eſculentus.

Pulpoſi fructus in hac claſſe ſunt:
Pomacei 77. 36: *Mala*, *Pyra*, *Granata*, *Crataegi*, *Meſpila*, *Sorba*, *Ribes*.
Senticoſi 77. 35: *Cynosbata*, *Ruba*, *Fraga*.
Drupacei 77. 36: *Amygdala*, *Perſica*, *Pruna*, *Armeniaca*, *Ceraſa*.
[Heſperides] 77. 19: *Guajava*, *Eugenia*.

346. Polyandria (68) plerumque venenata eſt.

Multiſiliquae 77. 26: *Aconitum*, *Anthora*, *Aquilegia*, *Staphisagria*, *Delphinium*, *Helleborus*, *Ranunculus*, *Clematis*, *Pulſatilla*, *Paeonia*.
Rhoeades 77. 27: *Papaver*, *Chelidonium*, *Actaea*.
Aliae, *Euphorbia*, *Cambogia*, *Peganum*.

347. Verticillatae (77: 42) ſunt fragrantes, nervinae, reſolventes et pellentes; Folia virtute pollent.

Fragrantiſſimae: *Marum*, *Dictamnus*, *Satureja*, *Thymus*, *Origanum*, *Majorana*, *Ocimum*,

Pulegium, Mentha, Meliſſa, Lavandula, Roſmarinus, Salvia, Horminum, Sclarea.
Fragrantes actione in nervos reſolvunt.
Pellunt flatus, menſes, Lac, Genituram.

348. Siliquosae (77: 39.) aquoſae, acres, incidentes, abſtergentes, et diureticae ſunt: exſiccatione imminuitur virtus.
Exſiccatione cum virtus imminuatur, vivae itaque a Medicis ſunt adhibendae.
Incidentia attenuant viſcida acredine, hinc tumores oedematoſos et frigidos reſolvunt; *Cochlearia, Armoracia, Siſymbrium* etc.

349. Columniferae (77: 37) mucilaginoſae, lubricantes, obtundentes et maturantes ſunt.
Lubricant inviſcando acria in *Tuſſi, Stranguria, Nephritide, Colica, Excoriatione*, adeoque *Dolores* leniunt.
Maturant emolliendo.

350. Papilionaceorum (77: 30) Folia Jumentis et Pecoribus, Semina variis animalibus eſculenta, ſunt farinacea et flatulenta.
Flatulenta et eſculenta ſunt *Fabae, Viciae, Piſa, Phaſeoli, Ciceres, Lentes.*
Quadrupedibus praeſtantiſſimum pabulum ſuppeditant *Trifolium, Medicago, Trigonella, Hedyſarum, Vicia, Lotus, Lathyrus.*

351. Syngenesia (68) Compoſitorum (77: 49) in Medicina receptiſſima, communiter amara eſt.
Amara: *Eupatorium, Tanacetum, Balſamita, Santolina, Abſinthium, Abrotanum, Artemi-*

ſia, Ageratum, Matricaria, Chamomilla, Cotula, Acmella, Auricula muris, Taraxacum, Cichoreum, Carduus mariae, Carlina, Carduus benedictus.

352. Orchideae (77: 7) ſunt aphrodiſiacae.

Aphrodiſiaca inter primaria ſunt *Vanilla* americanorum, *Salep* orientalium, *Satyrium* Europaeorum.

